

**Disputatio medica publica de medicamentis martialibus / [Johann Georg Beuttel].**

**Contributors**

Beuttel, Johann Georg, -1709.  
Hoffman, Johann Moritz, 1653-1727.  
Universität Altdorf.

**Publication/Creation**

[Altdorffii] : Literis Henrici Meyeri, [1685]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/k7hq6wp2>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISPV TATIO MEDICA PVBLICA  
 MEDICAMENTIS  
 MARTIALIBVS,  
 DIVINO ANNVENTE NVMINE  
 INCLVTA NORICORVM VNIVERSITATE  
 ALTDORFFINA,  
 PRÆSIDE  
 VIR O  
 NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
 atq; EXPERIENTISSIMO,  
 DN. JOHANNE MAVRICIO  
 HOFFMANNO,

Phil. & Med. D. celeberrimo, Chem. atq; Anatomiae  
 Prof. Publ. meritissimo, Facult. Medicæ p.t. DECANO  
 spectatissimo, S. R. I. Academico  
 Curioso,

*D N. Præceptore suo ac Studiorum Fautore  
 omni Reverentie Cultu per etatem Parentum  
 loco colendo,*

*Ad d. vii. Martii, s. v. Ann. M DC LXXXV.*

Placido Philiatrorum Examini submittit

JOHANNES GEORGIVS BEVTTEL,  
 Ratisb.

*Author & Respondens.*

---

Literis HENRICI MEYERI, Vniversit. Typographi.

DIPATTA MEDICA PABRIGA

30.

82. DIPATTA MEDICA PABRIGA

DIPATTA MEDICA PABRIGA

DIPATTA MEDICA PABRIGA

75<sup>801</sup>

DIPATTA MEDICA PABRIGA

J. J.

## Proœmium.

**A**RS seu FERRVM quām ignobile & quām contemptum vulgo habetur, ita ut ad res quoq; abjectissimas eo homines utantur, est tamen sanè nobilissimum & aestimatione dignum metallum; Nam siue species metallorum vetustatem siue utilitatem, Ferrum erit vetustissimum, erit simul utilissimum. *Vetustissimum dico, quippe Adamum Patrum Patrem jam in Paradiſo & extra illum ad ædificandas casas, findenda ligna, deſtruendas arbores, & Eum Matrum Matrem ad diſecanda fila, conſuendas vester, decerpentes fructus; Cainum etiam ad demetendas fruges, Abelem, Sethum & Enochum ad ſacrificanda & mactanda Deo ſuo pecora, Ferrum usurpasse non adeò veritati diſſonum videtur.* Utilissimum vero Ferrum est metallum, cùm ex Ferro varia quotidie parari instrumenta cernamus, Societati hominum partim pro nutritione, partim pro defenſione ſui corporis ipsiusq; vitæ conſervatione maximè neceſſaria & commoda; nam cultris ſcindimus alimenta crassiora & ſic concoctioni magis redimus idonea, ſecuribus ligna findimus tum ad varia ex illis paranda vasa, tum ad calefacienda membra noſtra cibosq; coquendos; ferro jumenta diſeccamus, ſaxa diſfringimus, ex eodem conficimus tormenta, enſes, clavos, ſagittas, globos & ſimilia, quibus restaurantur jura, mu niuntur ciuitates, cuſtodiuntur ciues & incole, ſuppreſſi elevantur, viſ illata compensatur, pax tandem ipta maximè

optanda rursus acquiritur; adhæc ex Ferro tam artificiosæ  
hodie conficiuntur machinæ, quæ sæpen numero homines etiam  
ingeniosissimos in admirationem rapiunt, & quis metalli hujus  
utilitates omnes uno die eloqui, uni chartæ pagellæ inserere  
valeat? Hinc abeant illi osores Ferri, ejusdem gloriam immi-  
nuere volentes, dicendo, multas per Ferrum pernicies & ma-  
jora homini & rebus humanis afferri incommoda quam com-  
moda, etenim ex eo effici gladios, pilas, bastas, contos, sagittas,  
tormenta, quibus turres altissimæ alias ad tutelam hominis in-  
servientes æquentur solo, muri fortissimi ædificiaq; firmissima  
& præstantissima vindicantur, perrumpantur, disjificantur, qui-  
bus cædes, latrocinia, bellaq; fiant, quibus paupertati trada-  
mur, vulneremur, ipsamq; mortem oxyus justo obire cogamur.  
Sed nesciunt, quid dicant, quod enim hominum mali-  
tiæ deberent adscribere, adscribunt rei inanimatæ ab usu mor-  
talium solo dependenti: Ferrum namq; manet ferrum & per  
se nil facit mali, sed si ex illo conficiatur res mala, si quis illo  
abutatur ad rem malam, id non effecto, sed effectori, non ad-  
hibito, sed abutenti est tribuendum. Et si res hæc considere-  
tur altius, convitiatores hi nil faciunt aliud, quam ut De-  
um ipsum omnis mali inscium causam tot malorum ex ferro  
(uti volunt) redeuntium statuant, quod tamen prius hominibus  
& peritis viris indignum planè judico. Quare nos potius i-  
psum DEV M secuturi, qui Ferro hunc honorem habuit, ut  
ejusdem & saepius in Sacris mentionem fecerit, & in Statuâ  
illâ Nabuchodonosori in somno monstrataâ, quatuor Monar-  
chias significante, aliis etiam nobilioribus metallis hoc nostrum  
Ferrum annumeraverit; atq; ad exemplum Majorum, specia-  
tim Regis Og in Basan, qui in lecto ferreo dormire non dubita-  
vit, & Romanorum Veterum, qui annulos ferreos ad metalli  
hujus gloriam gestarunt, ipsorumq; tandem Cæsarum Germa-  
norum, quos Coronâ ferrea coronari non puduit, hocce metal-  
lum

lum semper magni faciemus, semper deprædicabimus, in pri-  
mis ob Medicamenta tam elegantia, tam miranda, tam com-  
moda ex illo tum naturâ tum arte partim jamdum parata,  
partim adhuc paranda, inde Martialia dicta. De quibus  
mibi hâc in Dissertatiuncula paulo penitus agere animus est.  
Faxit DEVS T.O.M., ut hic qualiscunq; Conatus eò cedat,  
quo omnes nostri labores cedere debent, nempe in ipsius Dei  
gloriam, Patriæ decus, & Proximi salutem. Tu vero, Lector  
Benebole omnis Ordinis maximè suspiciende, Studiorum  
Medicorum hunc partum, quem vides, primum ita suscipe,  
ut, quæ Tibi minus accurata videntur, boni consulas, meoq;  
judicio in re tam arduâ adhuc tenello lubens indulgeas, atq;  
mibi Musisq; meis semper faveas. Vale.

## TH. I.

**T**am ipsam rem aggressuri lubet primò omnium in-  
quirere in *Martis & Ferri* ετυμον ejusq; rationem. *Fer-*  
*rum* ergo *Mars* dicitur, vel quia potissimum armo-  
rum fabricæ inservit, quorum Præsidem Ethnici Mar-  
tem Deum constituerunt; vel quia simile est illi Planetæ  
cœlesti Marti, uti N. de le Febure in seines Chymischen Hand-  
leiters Andern Theil / Cap. von dem Eisen und dessen Chymi-  
scher Præparation; vel quia ab illo cœlesti dicto Planetâ in-  
fluxus singulares excipere creditur. *Ferrum* autem Latinis  
dicitur, partim quod in agros culturæ gratiâ feratur, par-  
tim à feriendo, quod alia animantia eo feriantur ac do-  
mentur; melius tamē idè *Ferrum* dici videtur, quia sit *Fe-*  
*rum* quasi & indomabile, aut quod forandi usum habeat.

## II.

Quà *Synonymiam* metallum hoc tam *Mars* quàm *Fe-*  
*rum*, uti dictum, vocatur, item *Chalybs*, qui ab illo differt  
nonnisi gradu puritatis & duritiei, hæc autem puritas &

durities quomodo obtineatur, videbitur in sequentibus.  
 Græcis Ferrum dicitur Σιδηρός ἄπο τοῖσιν à sibilando & à  
 sibili, quem adustæ Carnes à candente Ferro, ut in oculi  
 Polyphemi, edunt. Vid, Rolfinc. Dissert, Chym. VI. de Ferro  
 & Cupro cap. I.

## III.

Quà Homonymiam Martis vocabulum est πολύσημον,  
 & notat (1) illum armorum ac bellorum Præsidem, Eth-  
 nicas pro Deo habitum; (2) Planetarum quintum Cœle-  
 stibus asterismis insitum; (3) Vulgatissimum illud Ferri  
 metallum. De ultimo hoc jam nobis erit sermo.

## IV.

His cognitis ad Martis Descriptionem nos accingi-  
 mus. Est ergo Mars seu Ferrum corpus metallicum, vel in  
 formâ mineræ aut lapidis aut terræ è terræ gremio erui, vel arte  
 per Δis torturam excoqui solitum, ignobile, grave & durum,  
 diu candens donec fluat, malleabile & multum sonans, constans  
 paucò ȝio, plurimo sulphure crudo indigesto & Θe impuro vi-  
 triolaceo acido cum materiâ terrestri multâ permixto: hincq;  
 tum per se tum per varias præparaciones virtutes varias ob-  
 tinens.

## V.

Corpus esse metallicum nemo non ignorat, cùm &  
 corporis Physici & metalli descriptio ipsi competat, & ta-  
 ñtu ipso ejus Ponderositas satis possit concipi. Sub mi-  
 neræ verò, lapidis aut Terræ formâ erui, ipsa probat  
 Experientia, siquidem in Saxonîa ceu minera nigricans,  
 & prope Sylvam Hercyniam Thuringiacam ceu minera  
 rubra; item in Stiria, Voitlandia & ad Fichtelbergum,  
 in Insulâ Ilvâ seu Elbâ ad Toscanam in mari Hetru-  
 riensi sitâ, & in Valle Hispaniæ Oroncota dictâ ceu mi-  
 nera externè obscuri internè verò rubicundi coloris; In

Ferri-

Ferrifodinis verò prope Vallem Joachimicam Bohemæ, item circa Breslam (teste Schrödero *Pharmac. Medico-Chym. Lib. III. pag. m. 343.*) ceu lapis ruber friabilis Hæmatites dictus, & in Norwegiâ, Sveciâ, Italiâ, Silesiâ, in finibus Bohemiæ ad Schwarzbergum, & Salfeldiæ in antiquis ferrifodinis, Goslariæ item (teste *cod. Schröder. l.c. pag. m. 346.*) ceu lapis nigricans Magnes dictus, effoditur; non minus ex silice vulgari, uti ipse his meis oculis vidi, per calcinationem  $\triangle$ e fortissimo  $\sigma$ tis guttulæ prolixiuntur, & tandem sub Terræ rubræ Bolus dictæ vaporibus  $\sigma$ tialibus in primis imprægnatæ facie (teste iterum *Schröder. l.c. pag. m. 311.*) idem eruitur.

## VI.

Ut autem  $\sigma$  in Matrice quasi adhuc hærens & impuritatibus suis involutus effoditur: ita etiam  $\triangle$ is torturâ depositis scoriis purior excoquitur, per calcinacionem nempe & subsequentem fusionem in Regulum, quæ (docente *Georgio Agricolâ Tr. de re Metallicâ p. m. 185.*) ita instituitur, scil.  $\sigma$ tis venæ comminutæ additur pyrites sulphur, & per ignis gradus urgetur Calcinatio; sed alio quoq; modo (eodem docente *Agricolâ l. c. pag. m. 337. & seq.*) peragitur, dum scil. Vena  $\sigma$ tis contusa aspergitur calce vivâ, & carbonibus, & ignis flammæ vehementissimæ per 8. vel 10. horas permittitur, donec ferrum in Reguli formam confluat scoriis supernatantibus. Si verò absque  $\triangle$ e velimus  $\sigma$ tem assequi puriorem, illius mineram contundimus, contusæ  $\nabla$ am affundimus & partes terrestes impuriiores abluiimus; his remotis reliquum exsiccamus, & ope magnetis scobem ferri ab impuritatibus restantibus separamus. Interea per experientiam constat, venam chalybis, quæ frequentius flavescit, magneti raro parere, nisi tostam: Imò Clariss. Borrichius

chius in Docimastich. metallic. §. 47. notat, nec semper venam ferri magneti obtemperare, ob misturam sulphuris & recrementa alia, ut proinde consilium sit, ad hanc viam defletere: Recip. mineræ ferri centumpodium minus unum, vitri saturnini drachmas quatuor, pulveris fusorii drachmas duas (sed hic pulvis excipiat tres partes tartari, unam nitri, dimidiam carbonis colurni) mista & cortice salino te&ta eliquentur in fornace anemiâ, ut æris vena solet. Conf. Libav. Comment. Alchemiae Part. II. Lib. V. cap. XIV. Laz. Ercker. in seinem Prohribbuch Lib. IV. vom Eysenstein p. 84.

## VII.

Martem *ignobile* dico in definitione metallum, non quidem ratione suæ essentiæ, nam quâ illam ♂ æquè nobile est metallum ac aliud, imprimis propter medicamenta nobilia ex illo paranda ; sed ratione perfectio-  
nis, quia ipsi deest auri & argenti puritas, partes minus compactas continet, ignisq; impetum non æquè sustinet, unde scoriarum multitudo ejus ignobiliam præ cæteris etiam testatur, cùm ex centumpondio mineræ, si excoquatur, pars modò quarta metalli puri emergat. *Grave* porrò ♂ habetur metallum, siquidem ipsi gravitatis definitio competit, quam ita habet Aristoteles Lib. IV. de Cælo, c. 4. *Grave* simpliciter id est, quod semper subsidet & semper deorsum ferrinatum est, nisi impediatur. Durum esse etiam norunt Rustici, dum vomeres suos pro discindendis terræ globis etiam durissimis ex ferro confici curant, & nos omnes etiam durissima & solidissima diffissuri instrumentis ex ferro paratis utimur. Diu insuper ♂ candet, donec fluat, partim quia sulphur fixum obtinet, partim quia paucò præditum est ♀ io, partim quia multas sustinet portiones terrestres. *Malleabile* autem idem

idem esse & multum sonare, satis tum nos fabri ferrarii docent, qui varia ex eo componunt instrumenta & machinas, tum Tympanorum ahena ex ferro chalybeato perfecta sonum maximum emittentia. *Constare* demum *Mercurio* inde patet, quia metallum est in se fusibile & ductile, quod solis corporibus metallicis cum iō concretis est proprium. Interea paucum esse illum iūm fundendi difficultas arguit, nam quod minus iūi alii cui metallo inest, eò difficilius, suffragante experientiā, funditur. Similiter ferro sulphur inhærere cognoscitur, quod ferrum ferro allatum flammulas ejiciat, id enim non aliunde nisi à sulphure prodire novimus; & hoc quidem plurimum esse, ulterius inde patet, quod vehementissimè ferrum incandescat, diutissimèq; candeat, ac ignitum fumum de se spargat foetidissimum; accedit pro confirmatione, quod idem tam promptè in crocum abeat, crocos autem ex metallis sulphure pollutibus elici docuit *Excellentissimus Dn. D. Wedelius, Pharmac. in artis formam. redact. Lib. II. Sect. II. cap. 4.* ut & *Dn. D. Preses, Colleg. Chemici MS. Sect. I. General. cap. XXIII.* Idem demum Sulphur *Crudum & Indigestum* esse constabit inde, quod ferrum diutius igni admotum totum pene paulatim in scorias secedat; vid. *Becher. Physic. subterrane. Lib. I. Sect. VI. c. 4. p m. 577. & Mos. Charas Pharmacop. Regiae Chemic. pag. 309.*

*IIX.*

Ceterūm *Sal Martis Vitriolicum* quamvis primo intuitu non nisi ex aliquali sapore styptico possit percipi, sufficit tamen, quod ne ullum quidem metallum firmam concretionem & soliditatem citra Θinum principium, omnis intimioris concretionis authorem, obtinere aut conservare queat; deinde, quod ipsa hujus metalli spagyrica analysis Θis vitriolici præsentiam satis testetur, cùm

ex illo Vitriolum & Crystalli abunde prolicantur. Et cur non sit insit  $\ominus$  vitriolicum? cum nos doceant metallurgi, ferrum ipsum denuo ex  $\ominus$ e vitriolico certo fieri tempore, uti mox audietur. Hoc verò *sal vitriolaceum impurum* esse patet, quod eidem admixtæ sint multæ imo quamplurimæ partes heterogeneæ impuriores, ita ut longo tempore allaborare cogamur, priusquam arte Chemicâ Crystallos  $\Theta$ inos omni impuritate exutos & perspicuos assequamur. *Sal* porrò hoc *Vitriolicum acidum* dico, quatenus scil. Alcali, cum quo commixtum ceu hostis semper effervescentiam concipit, oppositum est, & aciditatem hanc  $\omega$  vitrioli  $\sigma$ tis omnium consensu acidus satis demonstrat. *Materiam* denique *Martis terrestrem* partim ejus firma cohæsio ostendit, partim effectus prodit, nam ab eâ est, quod salia acida tam promptè imbibat & absorbeat, ac flamarum atrocitatem aliquamdiu illudat. *De Virtutibus Martis variis* alio in loco mox dicendi erit occasio.

## IX.

*Martis autem Generatio* ita (uti me docet *Vir Excellentissimus D N. S T V R M I V S*, *hujus Universitatis Philosoph. Natur. & Mathem. Prof. Publ. longè Celeberrimus, Fautorq; meus semper venerandus, in Physic. Conciliatric. Part. Specialiss. Sect. I. Aphor. X.) concipienda venit: In infimo quasi terræ centro latet calor insignis subterraneus, qui abrasas & exsolutas à succis acribus Martiales particulas in interiore & metallico quasi terræ nucleo hærentes, posteaq; oleaginosis seu sulphureis, mercurialibus & salinis vitriolaceis terrestribusq; involutas, sub pinguium & volatiliūm fumorū facie, quod vocant die *Witterung* / in superiorem & porosiorem terræ partem evehit, quæ proprio pondere deinde, dum interim paulatim caloris impetus*

petus minuitur, colliguntur, & in corpore quodam lapidescente attamen tractabili, quod metallifosforibus dicitur der Kimmer / & Latinis Matrix audit, coercitæ atque interceptæ cum aliis solidioribus massis concrescunt, & succedente tempore in venas metallicas abeunt. Alii volunt otem generari ex vitriolo & in idem desinere; idq; nosse dicunt metallurgos, dum svalent, quod, quando vitriolum apparet, in fossione ulterius progreendiendum non sit, utpote è quo successu tempotis novum metallum cum largissimo fænore renascatur, de quo conferendi sunt Doctissimus *Agricola Lib. I. de ortu & caus. subterrani. & Cæsius de Mineralibus.*

**X.**

Interea aperiuntur nobis *Ferri fodinae & Venæ Martis metallicæ vel Naturâ, vel Casu, vel Arte.* Naturâ, quatenus illa oti constituit ceu indivisum comitem & signum infallibile Ferruginem, & telluri, quæ superficie talium fodinarum aut venarum latentium superjacet, certum colorem, obscurè incanum nempe, induit, & præ aliis pondus gravius indidit: Casu, scil. vel per nimias pluvias, vel per procellas, vel per terræ-motus, vel per tonitrua, item per agrorum culturam aut per animalium fossiones & calcitrations: Arte, vel dictæ terræ superficiariæ colorem & pondus rectè cognoscendo, & variis modis tenorem ejus probando, vel varias mineras effudiendo & modo Thesi VI Itâ tradito indagando.

**XI.**

*Martis Usus* est vel Politicus vel Medicus. Politicus est, quod hoc varias in formas redacto scindamus tellurem, findamus ligna, cædamus arbores, perfringamus saxa, consuamus vestes, acus magneticas conficiamus, regna ac urbes non modò acquiramus, sed etiam defendamus,

damus, hostes nostros nobis subjiciamus, malos plectamus, bonos verò conservemus, bella geramus, & quis omnem martis usum politicum recenseat? cùm hic pro diversitate figuræ fermè semper novum suscipere debet officium, & adhuc quotidie novas formas pro novis muneribus subeundis induat. Ut hinc scitè non minùs ac verè Becherus l.c. ferrum optimum pessimumq; vitæ Instrumentum pronunciaverit.

**XII.**

*Medicus* & usus pariter multiplex habetur, quoniam ipse virtute præditus est *Adstrictivâ*, *Aperitivâ*, *Absorptivâ*, *Diaphoreticâ*, *Vomitive* &c. dumq; hanc vel illam exserit, alios simul usus præstat: Nam quando (1) adstringendo vel constringendo fibras humorum mobilitatem & pororum laxitatem tollit, hinc enatas hæmorrhagias nimias, alvi & urinæ seminisq; excretiones simul fistit. (2) Aperiendo simul incidit ac attenuat, & tām partes obstruētas reserat, quām vasa atq; intestina ab infarctu liberat, nec minus humorum stagnantium cursum promovet. (3) Absorbendo, edulcorat, exsiccat & vtat atque sic anodynum remedium evadit. (4) Vi Diaphoreticâ serum fluxile simul reddit, idemq; abundans immunit. (5) Dum vomitum quandoq; per factam ventriculi fibrarum nervearum carnearumq; irritationem spasmodicamq; excitatam contractionem movet, simul alcum turbat, simili modo in fibras intestinales nerveas carneasq; agendo, sicuti alia etiam emetica in hominibus fibras teneriores natūris vel humorum copiâ aggravatis cathartica quoq; nātūrā esse solent. Sed nunc de virtutibus & antea indicatis distinetè agere operæ pretium erit.

**XIII.**

**Gaudet ergo I. Mars Virtute Adstrictivâ**, dum scil.

scil. in corpore nostro non solum parietum in vasis laxitatem & porum raritatem, sed & villorum fibrarumq;, partes visceraq; alias firmantium, solutam p. n. unitatem emendat ac tollit, tūm humorum acrīum volatilium motum ac orgasmum nimium sedat & compescit. Isthæc autem virtus provenit præcipue à particulis ♂ terreis, vasorum partiumq; porulis fere interponentibus, & humores acres volatiles absorbentibus ac edulcorantibus, tūm à particulis vitriolaceis acore suo & humorum volatilem impetum fagentibus ac villos aut fibras viscerum vasorumq; relaxationem itemq; solutionem perpessis firmius comprehendentibus ac contrahentibus.

## XIV.

Nec minus II. ♂ vim obtinet *aperitivam*, quæ potissimum fundata est in particulis ♂ inis Glaceis per obstruēta minutissima vasa & viscera penetrantibus, humoresq; tenaces viscosos & tartareos incidentibus ac abstergentibus; per accidens autem particulæ etiam tis terreæ aperiunt, dum sc. ♂ia sylvestria acida coagulativa in corpore oberrantia absorbent, absorptaq; secum per alvum abripiunt. Hinc eruditissimè scripsit Excell. Wedelius de Medicamentor. facultatibus cognoscendis & applicandis, Lib. I. Sect. II. cap. 2. Quæcunq; ♂ tialia magis sunt vitriolata, & ♂ metallicum explicitum habent magis, illa magis aperiunt; quæ verò magis terrea & in ochram mutata, magis adstringunt. Ex quo patet, si particulæ salinæ vitriolaceæ in Tincturâ vel Essentiâ quadam sibi relictæ & à terreis separatæ fuerint, facilius eas vim aperitivam in quibusdam subjectis exserere posse.

## XV.

Ex dictis autem porrò constat, quod III. ♂ vim possideat *absorptivam*, quatenus scil. particulis suis al-

calinis seu terreis humores nimis acidos coagulativos aut nimis tenues imbibit & absorbet, in primis si cum aliis absorbentibus certa dosi propinetur.

## XVI.

*Virtutem IV.* Mars habet *Diaphoreticam*, dum particulis suis salinis vitriolaceis poros obstruētos reserat & penetrat, serumq; sanguinis antē viscosum resolvit, ac fundit, vel sulphure cum particulis salinis volatilibus additis expanso attenuat, sicq; per glandulas subcutaneas ad exteriora corporis integumenta secedere facit, in primis si ipsi alae per alia *Diaphoretica* addantur. Simili etiam modo Mars diureticam vim præstare potest.

## XVII.

Quod verò *V. vim emeticam* & consequenter *catharticam* concernit, talem videtur tunc demum Mars exferere, quando fibras ventriculi tūm intestinorum nerveas carneasq; teneriores offendit, ita ut particulis suis salinis vitriolaceis nauzeosis magis expansis & in fluorem evectis, vel per humorū inibi coacervatorum copiam magis resolutis, easdem ad spasmodicas corrugationes subeundas adducere possit.

## XIX.

Atq; ita in genere præcipuas Martis virtutes, quas pro harum vel illarum particularum suarum constitutivarum prædominio, & diverso agendi modo in corpus inducit, digito quasi monstrasse sufficiat: nunc quod propositum nostrum principaliter intendit, ad ipsa medicamenta martialia progredior, eorumq; sequentem pono definitionem.

## XIX.

*Medicamenta martialia sunt remedia, que tum ex ipso, id est, ferro aut chalybe, tum ex ejus sobole vitriolo, tam nativo*

trvo quam artificiali, vel levi vel intimiore præparatione, ignis  
vel menstruorum ope, informis vel siccis vel liquidis conspicienda  
conficiuntur, ad sanitatem hominis & præsentem conservandam  
& ad amissam recuperandam.

## XX.

Jam verò circà hæc ipsa medicamenta primùm ge-  
neratim rursus indicâsse è re erit, eorundem agendi mo-  
dum varium esse, pro varietate scil. partium constitu-  
tivarum arte in iisdem exaltatarum; sic martialia medi-  
camenta, in quibus ⊕ vitriolaceum prævalet, internè as-  
sumpta fibras laxas & poros nimis rarefactos austernitate  
sua constringunt & firmant, vel humores quoscunque  
nimis volatiles concentrant & figunt, vel nauseoso suo  
sapore tunicam ventriculi nerveam molestè vellicando  
vomitum procreant; vel ⊕ e hoc in acorem gratum re-  
dacto, ventriculi tonum, (uti ex acidulis & modico ⊕ us  
vitrioli usu patet,) reficiunt, vel eodem arte volatilisato  
partes obstruētas referant, diaphorisin inducunt, biliq;  
comixta æstum ejus & motum refrænant: Externè exsic-  
cant, abstergunt, & refrigerant; nec minus si sal istud per  
fluorem ad summam exaltetur aciditatem, corrodunt  
quoque non modò carnes, sed ossa etiam & metalla.  
Alia verò medicamenta ♂ ialia, in quibus sulphur præ-  
dominatur, internè bene nutriunt & balsamica sunt,  
& si hoc sulphur magis pansum & à particulis Θinis  
volatilibus aptatum habeatur, magis calefaciunt, in-  
cidunt, aperiunt & sudorem movent; Externè di-  
scutiunt tumores duros, exsiccant & putredini resi-  
stunt. Porrò alia ♂ ialia medicamenta, in quibus terre-  
stre principium primas tenet, prosunt ore assumpta, si  
fermentum Ventriculi sit nimis activum ob spirituum  
volatilem concursum abundantem, & ita alimenta  
citiūs

citius justo concoquat , aut fibrillas nerveas carneasq; sensu gaudentes exquisitissimo stimulet, ut pylorus, alias intra concoctionis aëtum claudi assuetus , aperiatur & ita chylus crudus ad intestina mittatur , aut etiam dictæ fibrillæ à re ingratæ irritatæ vomitum intentent , terreæ namq; tis particulæ dum sese interponunt , volatilitatem sistunt uum , sensumq; irritationis aut molestiæ in ventriculi fibris nominatis sedant & compescunt ; unde similiter si bilis peccet particulis nimiis volatilibus , ita ut in fervorem & æstum prorumpat , & nimium non modò in Ventriculum regurgitet indeq; fermentum corrumpat , sed etiam in duodeno succi pancreatici crasin simulq; chyli in succum nutricium laudabilem converten- di & magis magisq; perficiendi ulteriorem secretionem & promotionem destruat , aut succum nutricium nimis diluat & dissolvat , ut inde ad finem suum ineptus red- datur , eadem particulæ terrestres juvant . Atq; hinc per consequens , si in corpore aliæ obveniant causæ efferis suis particulis volatilibus nimiam vel sanguinis , vel lym- phæ , vel succi nutricii , veletiam uum colliquationem producentes , tialia terrea iisdem opponi poterint ; quæ pariter acidum refrigerans , corrodens , figens & coagulans in corpore abundans absorbere & imbibere ac mitigare valent : nec minùs externè etiam Vulneribus humidioribus & fluxionibus aliis præternaturalibus humores vitiosos tum imbibendo tum exsiccando medentur , in primis si cum aliis alcalinis commixta , aut in formâ emplastri , aut balsami , aut olei , aut unguen- ti &c. parti affectæ ritè applicentur.

**XXI.**

Sed designabimus porrò magis speciatim vires i- lium medicamentorum in certis morbos afflictioni- bus

bus proficuas & utiles per experientiam compertas. Nempe enim illa , quæ partem suam essentialē pri-  
mam , quæ est  $\ominus$  vitriolaceum , partim in febribus ar-  
dentibus , (quamvis conducant quoque in cæteris febri-  
bus , si in principio earum pro vomendi scopo usurpen-  
tur ,) partim in aliis morbis à nervorum & nervis simi-  
lium partium irritatione , culpâ humorum vel  $\omega$  uum vo-  
latilitatis acris nimia induitâ , prosunt , &c. dum  $\omega$  uum  
& humorum  $\ominus$  hoc volatile acre tum temporis maxi-  
mè aetivum figunt ; juvant verò porrò in obstruptioni-  
bus variis à pituitâ , aut lentore humorum ortis , e.g. in  
fluxu Hæmorrhoidum ac Mensium impedito , dum acidit-  
ate suâ blandâ materiam talem lentam & viscidam ob-  
struente m̄ dissolvunt ; hinc etiam in Cachexiâ pituitosâ  
magnam præstare possunt utilitatem , dum fermentum  
ventriculi nimio lentore inviscatum , hunc incidendo , libe-  
rant , & sic novam & meliorem chyli elaborationem pro-  
ducunt ; conveniunt etiam in Cephalalgiâ , & impeditâ uri-  
næ emissione , à tali materiâ tenaci originem trahentibus ;  
dein in scabie & scorbuto vitiosa sanguinis & seri recre-  
menta resolvendo ac per sudorem eliminando , tum in  
calculo renum & vesicæ mucilagines tartareas abstergen-  
do , tum in lapsu , iactu & contusionibus , sanguinem exi-  
stentem grumosum attenuando ac resolvendo , medelam  
præbent . Externè verò profunt in Hæmorrhagiis na-  
rium & vulnerum , dum stypticitate suâ austera vel acidâ  
non modò sanguinem effluxurum coercent , sed & fibras  
laxas constringunt ; pariter ad alvi fluxus sistendos cly-  
steribus adstringentibus adduntur , vel si ad summum  
aciditatis gradum sint evecta , ita ut ossa etiam ac me-  
talla solvant ; ad fonticulos parandos & carnes super-  
fluas fœtidas tollendas usurpantur ; vel deniq; in dolore

capitis à nimio sanguinis æstu & subsequente adustione proveniente , quem temperant , spongiâ vel linteolo excepta fronti applicantur.

### XXII.

Quà partem alteram, scil. Sulphur, & tialia conducunt in affectibus Pulmonum, qualis est Phthisis, dum bal- samicâ suâ virtute vesiculas ruptas consolidant, sanguini- que aptum reddunt pabulum ; item in tussi, ortâ à materiâ intra pectus contentâ lentâ acriori, dum illam re- solvunt, ut facilius per fauces eliminetur ; prosunt pariter in asthmate, colicâ, mensium obstruzione &c. si pi- tuita peccet acida glutinosa vel viscida, eam dissolvunt & incidunt, sicq; certo modo aperiunt. Externè in bal- neis & linimentis ad scabiem, pruritum, lichenes, mor- fus animalium venenosos , putredinem arcendam &c. usurpantur.

### XXIII.

Quod partem tandem tertiam, Terrestrem nempe, attinet, ratione ejus & tialia conveniunt in omnibus fer- mè morbis & symptomatibus , quæ acidum nimium tanquam causam sequuntur, dum illud absorbent & im- bibunt, sicq; spiculorum Θlinorum acumen obtundunt, hinc v.g. prosunt in ardore stomachi Sodâ dictâ, Scor- buto , Podagrâ , Malo Hypochondriaco , Lienteriâ , Diarrhæâ , Dysenteriâ , Cachexiâ , Pleuritide, & variis in- flammationibus ; nec minùs medelam afferunt in fluxi- litate humorum , & spirituum activitate nimiâ , qualis peccare solet e.g. in aliquibus febribus, immodico men- sium & hæmorrhoidum fluxu & similibus , dum terre- nas interponendo particulas motum illorum interci- piunt ac remorantur. Conducunt insuper in morbis à seri lymphæq; p. n. abundantiâ enatis , e.g. in Hydrope

asci-

ascite &c., absorbendo namq; & imbibendo id ipsum immuinere valent. Externè profunt in vulneribus illis, ubi humores continuò affluunt acres consolidationem impedientes, item in Scabie & Elephantiasi, omnibusq; fermè Cutis & Cuticulæ affectibus; optimè verò conducunt in Dysenteria, si cum aliis adstringentibus & absorbentibus vel opiatis in Emplastri formam redacta umbilico applicentur.

## XXIV.

Pergo ad modum utendi medicamentis martialibus, circa quem Medicus rationem trium præcipuè habere debet: I. Finis obtinendi; sic si præscribantur & ialia, ut apriendo simul sudorem moveant, tunc sumantur cum vehiculo etiam sudorem movente, v. g. ▽ Card. benedicti, fumariæ, absinthii &c. contrà si adstringere eadem debeant, cum vehiculo tali scopo idoneo v. g. ▽ tormentillæ, plantaginis, bistortæ &c. vel potius Conservâ vel Extraæ aliquo adstringente exhibeantur. Nec minus in scorbuto cum vehiculis antiscorbuticis, & in morbis quibusdam specialibus, additis specificis usu approbatis, intentioni Medici magis adaptentur. Similiter si hoc vel illud medicamentum & tiale nimis nauseosum videatur, sic ut aut corrigendum sit, aut aliis exaltandum, tunc cum siveolentibus vel saporem gratum conciliantibus, v. g. cum syrupo flor. Tunicæ, vel in formâ siccâ cum sacchari parte unâ atque alterâ, aut cum aromatisbus stomachicis commisceatur, ita tamen, ut semper finis, qui principaliter intenditur, accuratè observetur. II. Subiecti ægrotantis; sic infanti vix licebit præscribere & tem in substantiâ aut limaturam ejus crudam, ob causam ab Excellentissimo Wedelio Amœnitat. Mater. medic. p. m. 183. generaliter traditam, hic optimè applicandam;

quia nempe talia in se pigriora & resistentia motum corporis requirunt, ut aetato calore ipsa quoq; magis resolvantur & provolvantur. Accedit quod eadem etiam minus prompte à liquore fermentali ventriculi resolubilia sint, sicq; tenellis ejusmodi personis ventriculum pondere suo aggravent. Porro nec licebit propinare sicciora ialia siccioribus hominibus, cum teste rursus *Wedelio Tr. de Medicament. Compos. Extemp. Sect. II. cap. X. pag. m. 137.* & talia sicca minus convenient siccioribus Hypochondriacis metu scirrhorum Hepatis calidi & siccioris.

**III.** Temporis; sic tempore verno magis convenire martialia arbitror, cum vires hominum tum temporis sint majores ob majorem uum & caloris vitalis aetitatem operationes medicamentorum, tum digerendo tum aetando illa, adjuvantem; similiter tempore matutino & vesperi illa magis exhibenda vel suadenda puto, quam interdiu, (exceptis nonnullis, quae cum ipso juculo & in prandio aut coenâ, uti e. g. Tinctura Martis, usurpantur) cum tunc ventriculus vel nullis adhuc cibis aut potu repletus ea melius possit concoquere, & vis fermentalis integra adhuc existat, vel assumpta jamdum digesta sint.

**XXV.**

Atq; nunc ordo postulat, ut ad *Specialiorem Martialis medicamentorum Traditionem*, & eorundem Preparationes varias, non equidem omnes, (cum aliquas sagaciiores Chemici propalari ceteroquin ægre ferrent) sed usitatores & saepius praescribi solitas, me convertam, in quibus recensendis celeberrimi Chemicari Schröderi Methodum in *Pharmacopœia Medico-Chymicâ* contentam præcipue sequi placet. Ima igitur inter preparationes esto *Martis Limatio* aut *Raspatio*, unde limatura vel scobs

Mar-

Martis provenit, qui quomodo obtineatur omnibus erit notissimum. Sed h̄ic statim controvertitur, an Limatura Martis in substantiā tutō intra corpus assumi possit aut debeat? Adsunt autem utriusque litigantium parti argumenta sat valida. Negantes quidem ajunt, Limaturam in primis à chalybe abrasam & ita compactiorem non adeò feliciter à ventriculi liquore fermentali posse concoqui & dissolvi, sed potius ventriculum ipsum pondere suo gravare, ac haud raro ob sibi adjunctas partes vitriolicas nauseam concitare, imo etiam cachexiam introducere. Affirmantes contrà adstruunt, & tem, etsi sit strukturæ densissimæ, facillimè tamen à liquore fermentali venericuli acido-salfo volatili dissolvi posse, & si sit timor alicujus mali inde metuendi, ipsi etiam addi posse corrigentia potentia. Nos rationibus persuasi, & experientiâ rerum Magistrâ edocti, limaturam chalybis absq; ullâ aliâ præmissâ præparatione magnâ quantitate assumptam, in Ictero, Cachexiâ ac incipiente Hydrope justæ ætatis hominibus aliquoties profuisse, ab affirmantium parte in confictu stabimus.

### XXVI.

Illa *Martis Præparatio* est *Purgatio*, quæ est vel superficiaria vel intimior per  $\triangle$ nem instituta. Superficiaria fit, dum aut limatura aut laminæ & tis ventilantur, ut fôrdes avolent, vel  $\triangledown$  communi abluuntur, ut ita fôrdes dissolutæ secedant. Intimior Schrödero Gradataria dicta illa est, cuius ope chalybs ex ferro conficitur, & quidem sequenti modo: scil. lamellæ aut virgulæ aut limatura Martis cum rasurâ unguarum aut cornuum bovis & carbonibus faginis vel salicis pulverisatis pondere æquali assuntis, facto S. S. S., in ollâ vitreatâ magnâ clausâ calcinantur; vel ferrum candens immersi-

tur ὑπὸ, in quā boum vel aliorum animalium cornua & ungues fuerunt cocta, aut illud inditur repetitis vicibus ὑπὸ cum succo ceparum seu allii commixtæ, sic enim cornuum & unguilarum ut & carbonum item succorum alcali in ferri ab ἀέre reclusi poros sese insinuans, cum acido ipsius ferri firmiter coagulatur, & ita ferrum partibus terrestribus & impurioribus scoriarum facie depositis, & poris arctius constrictis, durius evadit ac nitidius chalybis nomine insignitum; ubi tamen silentio minimè prætereundum est, quod olim etiam Chalybs Naturalis penes Chalybonem celebre Assyriæ Emporium, vel à Chalybe & tis filio vel à Chalybe Hispaniæ fluvio nomen natum, effossus fuerit.

### XXVII.

Jam verò hīc nova occurrit quæstio, utrum Martem simplicem aut Chalybem ad paranda medicamina feligere præstet? Sunt, qui & tis simplici palmam porrigunt, dicentes, & tem esse ob non adeò densam substantiam paratu faciliorem, & ex eo elaborata remedia esse etiam concoctu facilitiora. Alii contrà chalybem præferunt ob puritatem & partium structuram & concentratiorem, quam habet præ & te. Nos mediâ in edentes viâ, respettu medicaminum, sentimus partim & tem pro parandis crocis & similibus, partim chalybem pro parandis Tinturis posse feligi.

### XXIX.

Sequitur IIIItia *Martis Præparatio*, quæ est *Calcinatio*, hæc autem habetur vel *humida* vel *sicca*. *Sicca* iterum vel *Reverberatoria*, vel *Fusoria*, vel *Cæmentatoria*. Per *Reverberatoriam* fit *Crocus & tis Adstringens* seu *Obstrutivus Schrödero* dictus, qui simpliciter paratur, si virgulæ Martis ita aptè furno reverberii officinarum vitrariarum

riarum seu fabrilium, aut furnis destillatoriis igne aperto  
(e.g. dum  $\Delta$  vitrioli destillatur,) imponantur, ut flama eas  
undiq; attingere possit, tunc enim per aliquot dies con-  
tinuatâ calcinatione Crocus leviusculus & pulcherrimus  
in superficie apparet, refrigeratus leporino pede abster-  
gendus, & hic modus communissimus est, & à Zwelffero  
quoq; in *Animadvers. ad Pharmacop. Augustan.* p. m. 459. & à  
*Rolfinc. in Chym. in A. F. R. Lib. V. Sect. X. cap. V. n. 2.* traditus.  
*Schröderus* notat, in eundem finem limaturam Martis  
cum  $\varnothing$  falsâ, aceto seu urinâ puerorum conspersam &  
iterum exsiccatam igne fortissimo eosq; à nonnullis re-  
verberari, donec in Crocum elevetur rubicundissimum;  
aut misceri limatur.  $\varnothing$ tis itij. cum  $\Theta$ is communis decre-  
pitati  $\text{tib}.$  iij. vel ana, & reverberari per diem, & hoc dies 8.  
vel 10. repeti, donec procedat Crocus subtilissimus cum  
Aq. plantaginis in marmore præparandus. *Rolfinc. Disp.*  
*Chym. VI. de Ferro & Cuproc. XIII.* Crocum  $\varnothing$ tis adstringen-  
tem parat ex Croci  $\varnothing$ tis aperientis, calcinatione cæmen-  
tatoriâ cum sulphure parati, & cum aceto destillato fortis-  
simò conspersi  $\text{tib}.$ , quam extendit in patellâ ferreâ & re-  
berberii flamma calcinat ad rubedinem 24. horarum  
spatio, cuius dosis ad gr. vij. vel viij. ascendit. Per hanc  
quoque calcinationem reverberatoriam limatura Mar-  
tis absq; ulla præparatione & commixtione, summâ ru-  
bedine amissâ, in calcem albam redigitur, cuius 3*lb.* in vi-  
no albo adhibita in Ischuriâ habetur laudatissima.

### XXIX.

Per Cæmentoriam fit maximè Crocus  $\varnothing$ tis aperi-  
tivus vulgaris hunc in modum:  $\text{R.}$  limaturæ Martis  
pulverisat.  $\text{tib. ij.}$  miscentur cum Sulph. magdalon. pul-  
verisat.  $\text{tib. iij.}$  & recondita in vase fistili seu ollâ vitreatâ  
facto S. S. S. i rotæ in furno anemio exponuntur & cal-  
cinan-

cinantur, donec sulphur omne combustum deflagraverit, & frigefacto vase eximitur pulvis in porphyrite lapide laevigandus; si verò sulphur omne non avolasse conjicitur, hic pulvis iterum calcinatur per se (non secus ac calcinatur & in præparatione Vitri) ut sulphur penitus efflagret, diligenter movendo, donec ferro adhærere incipiat. Dosis hujus Croci ad 3*fl.* à Cl. Rofinc. Disp. & l.c. constituitur. Schröderus illum etiam parat martis laminas cæmentando cum sulphure & tartaro. *Vid. ejus Pharmacop. Med. Chym. Lib. III. p. m. 371.* Huc referri potest **Crocus martis Cachecticus Zwelfferi**, quem videre est in *Mantiss. Spagyr. Part. I. cap. III. pag. m. 337.* & ita se habet; Rx. Oi puri tibj. liquefiat igne leni in crucibulo, cui injiciatur limati ferri q. s. ad siccitatem nitri, paulatim tamen & successivis astibus, donec nulla amplius limatura in primi possit; quo facto relinquuntur paululum adhuc super igne aliquantum adaugato, donec sponte suâ accensum nitrum propemodum conflagret; eximatur dein massa è crucibulo & affundatur ei aqua calida, quæ si tincta fuerit rubicundo colore, decantetur filtreturq; hinc spatio circiter unius diei & noctis residebit pulvis rubicundus, quem ab aqua per filtrum aut decantationem separatum ac probè siccatum ad usus serva. Præstans hic dicitur in **Cachexia**, morbo Virgineo & Chlorosi oblatus à 3*fl.* ad 3*j.* & 3*fl.* vel in quadam Conservâ vel vehiculo alio congruo & palato grato.

## XXX,

Per **Fusoriam** fit alius etiam **Crocus tertius** aperitivus hunc vulgarem in modum: Accipitur bacillus tertius, isq; in officinâ fabrili.  $\Delta$ i carbonum fusorio intentiori per follem excitato immittitur, donec penitus incanduerit, tunc igne exemptus ac forcipe firmiter apprehensus sine ullâ

ullâ morâ magdaleoni uni alterive sulphuris admove-  
tur, sic bacillus in momento sulphure accenso funditur,  
& grumi sub specie scintillarum micantium cum sul-  
phure liquefendo granulatim decidunt in suppositam  
pelvim terream aquâ fontanâ frigidâ plenam, qui posteâ  
in porphyrite lœvigandi, & tanquam verus *Crocus* & tis  
Aperitivus ad usum servandi.

## XXXI.

Sequitur *Calcinatio Martis Humida*, quæ est vel  
*Immersiva* vel *Vaporosa* vel *Illinitiva*. *Immersiva* so-  
lutio dicta fit, teste Schrödero *Pharmac. Med. Chym. Lib. III.*  
*pag. m. 371. n. 4.*, in quolibet liquore etiam minori acrimo-  
niâ prædicto; tametsi, notante Zwelffero, & à nullo men-  
struo tam perfectè & citò solvatur, quâm à u sulphu-  
ris aut vitrioli, vi cuius in vitriolum suum viride cry-  
stallinum abit, nam (ut verba ipsa *Zwelfferi loco paulò*  
*antè citat. pag. m. 335.* adducta mea faciam) si cum  $\Theta$  i si-  
mul atque vitrioli  $\Omega$  u solutionem & tis seu chalybis ten-  
taveris, non æquè speciosum naeturus es vitriolum, sed  
quatenus volatilitatis similitudine inductum, in abstra-  
etione menstrui peritum, exiguâ quantitate corporis  
 $\Theta$ ini  $\Theta$ lati relictâ:  $\pm$ to ferrum quidem roditur, per-  
fectè tamen (nisi sæpiissimè recens affundatur) non solvi-  
tur, nec in vitriolum ejusmodi convertitur, quin potius  
in *Crocum* sive pulverem flavescentem abit;  $\Theta$  com-  
mune ferrum similiter aggreditur, ast solùm erodendo  
rubiginem & *Crocum* è ferro elicit. Sed ut revertar ad  
memoratam antè calcinationem immersivam, per ean-  
dem parari solet quidam *Crocus Martis* aperitivus, vel  
affundendo limaturæ Chalybis  $\pm$ ti destillati vini acerrimi  
tantū, ut tota madeat, & permittendo stare donec  $\pm$  tum  
ad siccitatem absumptum fuerit, siccum postea limatu-

ram &  $\ddagger$ to destillato vini inebriatam pulverisando, &  
 (postquam septies hæc operatio peracta fuerit,) po-  
 stremò suprà marmor lævigando; vel uti Zweifferus  
 tradit, coquendo limaturam  $\sigma$ tis in vase terreo cum  
 s. q.  $\ddagger$ ti destillati acerrimi, donec illam in fundo vasis le-  
 viuscum & quasi solutam deprehendamus, quæ dein  
 ulterius exsiccati usuique asservari potest. Huc pertinet  
 etiam ille Crocus Zweifferi, quem habet in *Animadvers. ad*  
*Pharmacop. August.* pag. 457. sub titulo, Crocus  $\sigma$ tis ex  
 Ol. sulphuris, & paratur sequentem in modum: R. li-  
 maturæ  $\sigma$ tis 3j. dissolve in  $\omega$ us sulphuris acidi 3vij.  
 digere per noctem, & destilla per alembicum  $\omega$ um sul-  
 phuris ex arenâ, reverbera dein leni igne per tres aut  
 quatuor horas, & serva. Leguntur equidem alii adhuc  
 simili per calcinationem immersivam modo parandi  
 $\sigma$ tis croci passim in Authoribus, quos brevitatis studio,  
 & quia fermè omnes cum di $\ddot{\text{e}}$ tis conveniunt, nunc trans-  
 imus. Hic autem omnino mentio facienda est Vitrio-  
 li martis factitii, ita elaborandi: R. limaturæ  $\sigma$ tis  
 pur. 3ij. affunde repetitis vicibus ob effervescentiam  $\omega$   
 vitrioli 3vj. Aq. pluvial. calid. destillat.  $\ddagger$  ijs. posteà be-  
 necommixta digestioni arenæ calidæ per biduum com-  
 mitte, usque dum, limiturâ martis aliquousque solutâ,  
 liquor virescere conspiciatur, quem per filtrum traje-  
 tum in patinâ lapideâ vel terreâ fac exhalare ad dimi-  
 dium, vel donec cuticula appareat, residuum autem aëri  
 frigido expone, usque dum crystalli virides concrescant  
 vitrioli martis, factitii scil., nomine venientes, inter char-  
 tam duplicatam exsiccati & in vitro optimè clauso as-  
 servandi. Unde patet vitriolum hocce martis produ-  
 ci ab acido  $\omega$ us vitrioli martem corrodente, & cum eo-  
 dem in substantiam crystallinam sese coagulante. In-  
 tereà

tereà sub præparatione -tus vitrioli affusâ attemperandus est aquâ, tûm ut ignea aliàs futura nimisq; impetuosa effervescentia coérceatur, tûm ut hinc povenientes crystalli faciliùs pro lubitu iterum dissolvi possint, experientia, namque testatur, quod nisi -tui vitrioli aqua admixta aut mox post instillatum - um vitrioli solum aqua calida superaffusa fuerit, tales crystalli difficulter solubiles emergant.

***XXXII.***

Hæc Vitrioli martis factitii præparatio manu nos quasi dicit ad Vitriolum martis nativum, quod reperiatur in terræ superficie, vel sub formâ jam perfectâ vitrioli juxta ♂ tis venam, ( unde mater ♂ tis quibusdam audit ) vel sub formâ lapidis sulphurei pyrites dicti. Illud gignitur, quando - sulphuris acidus vel sub fumi facie ex infimo terræ gremio per poros terræ mediæ penetrans , vel jam in ipsâ ♂ tis minerâ præsens, ipsam ♂ tis venam arrodit, huicque rubiginem infert, ex quâ temporis successu dein crescit succus seu concretum salinum viride vitriolum martis dictum. Hoc Goslariæ in primis hunc in modum elicitur , contunduntur lapides , vitriolum ejusmodi in sinu gerentes, calcinantur & calcinati aëri exponuntur; hinc vel spontè efflorescit vitriolum , vel cum aquâ elixiviatur, & in crystallos salinos virides vi frigoris abire cogitur.

***XXXIII.***

Usus hujus vitrioli martis nativi & factitii est maximè Medicus, isq; vel Generalis vel Specialis. Generalis est, ut aperiat, attenuet, lumbricos fuget, bilis æstum corrigat, putredini resistat, obstrunctiones Hypochondriorum referet, menstrua suppressa promoveat, quin diversimodè præparatum etiam adstringat, item vomitum moveat &c.

& potest teste Zwelfero Mantiss. Spagyr. Part. I. cap. III.  
pag. 335. in substantiâ à gr. v. ad vij. vel viij. in vehiculo con-  
veniente propinari. Extrinsecus Errhinum præbet na-  
ribus inditum, scabiem & alia cutis mala tollit, hæmor-  
rhagias sistit, alvum adstringit, siçcat, similesq; usus  
præstat.

## XXXIV.

Specialis vitrioli martis nativi, ut & artificialis, usus  
habetur, ut ex illo varia produci possint medicamina,  
quorum usitatissima speßtabimus. Imum ergo sit  $\ominus$  vi-  
trioli Nitratum Schröderi, quod ita se habet:  $\text{R}.$  vitrioli  
 $\text{g}^{\text{r}}\text{tis}$  &  $\ominus \text{O}i$  depurat.  $\text{aa. t. j.}$  Mixta colloca in ollâ ignem  
sustinente operculo suo munitâ inter prunas ardentes  
per 7. aut 8. horas. Quod restat materiæ bulliat in aquâ  
communi ad dissolutionem usque, filtretur, evaporet ad  
cuticulam, tum in frigido crystallos expecta Vomitorios,  
quorum dosis erit à  $\text{Ej.}$  ad  $\text{Eij.}$  &  $\text{3j.}$  in Cachexiâ, Hydro-  
pe, calculo, suffocatione matricis, mensium retarda-  
tione. **II.** Crocus martis vitriolatus, qui cum adstrin-  
gente paria facit & paratur, si vitriolum martis in cruci-  
bulo igne aperto in pulverem rubentem calcinetur.  
**III.** Ros vitrioli, qui conficitur recipiendo vitriolum  
martiale crudum, & eliciendo inde in MB. per cucurbi-  
tam Rorem, qui ad  $\text{3ij.}$  internè sumptus prodest in Ce-  
phalagiâ, Ophthalmiâ, sanguinem adustum mitigat;  
externe putredini & inflammationi resistit, scorbuticis  
oris ulceribus est proficuus, item facit ad tinturas extra-  
hendas ex floribus violar. rosar. bellidis &c. **IV.**  $\text{v-}$  vi-  
trioli vulgatissimus, qui destillatur calcinando vitriolum,  
ut humiditatem superfluam amittat, deinde pulverisa-  
tum immittendo retortæ optimè loricatæ & igne initio  
leni, dein verò auctiori & tandem fortissimo, apposito re-  
cipien-

cipiente capacissimo ▽ æ frigidæ pauxillo replete, destillationem urgendo tam diu, donec spiritus vitrioli omnis sub nebularum facie in vas recipiens transferit, qui frigefactus eximitur & usui reservatur, proficuus in Cephalalgia, & febribus, ubi bilis ⊕ volatile acre vehementer peccat, in dolore ventriculi, cuius fermentum restaurat, in Apoplexiâ & Epilepsiâ, in obstructionibus denique omnibus, viscerum in primis & renum, viscositatem pituitosam causam agnoscetibus, quam incidit & attenuat, si à guttulis vj. ad x. xij. & xvj. in vehiculo congruo usurpetur: Residuum à destillatione prædicti spiritus vitrioli caput mortuum, (è quo ejus spiritus totus unà cum oleo rubro totâq; radicali humiditate extremâ vi ignis biduò continatâ expulsus fuerit) *Zwelffero Mantiss.*  
*Spagyr. Part. I. cap. III. pag. 336.* verus ac legitimus **Crocus** martis adstringens creditur, liber ab omni salsedine, solâ virtute exsiccante & adstringente gaudens, in primis si sine ullâ humectatione asservetur & ab omni aëre humidio præservetur, ne attractione hujus suam naturam totam immutando ex adstringente aperiens evadat, alias immoderatos & cruentos alvi fluxus & hæmorrhagias quascunque sistens cùm intrò assumptus tûm externe vulneribus manantibus inspersus. V. Spiritus vitrioli essentificatus *Zwelfferi*, quem describit *in Append. ad Animaavers. Pharmacop. Augustan.* pag. m. 55. & breviter ita paratur: ⊕ is gemm. contus. ʒiiij. induntur retortæ vitreæ & affunduntur spiritus vitrioli summè dephlegmati ʒvj., quæ mixta per arenam in vas recipiens amplum ex retortâ destillantur ad siccitatem ⊕ is gemmæ, & spiritus in vitro bene clauso servatur, vel ob volatilitatem suam cum aliis liquoribus scopo Medici inservituri commiscetur, & prodest in Nephriticis & Colicis do-

Ioribus, plurimisque insuper obstructionibus medetur. **VI.** Spiritus vitrioli volatilis, quem describit Cl. Frid. Hofmannus in Clav. Schröder. pag. m. 357., scil. recipitur vitrillum viride crudum, solutione ac coagulatione depuratum, destillatur per alembicum ex arenâ ad siccitatem decies cohobando, digeritur posteâ aliquandiu sub alembico cœco, destillatio, cohobatio, digestio toties iteratur, donec striæ in alembico appareant, exinde spiritus prodit striatus instar sp. vini. Sed hic spiritus quamvis dicitur in Epilepsia profligandâ proficuus, minimè tamen experientiæ id respondere ab Hofmanno l. c. notatur; quapropter ei succedit ille, quem habet Schröder. in Pharmacop. Lib. III. pag. m. 478., ita componendus. Solutum vitriolum cum aquâ purâ coque in lebete ferreo per 2. aut 3. horas, & ad libras singulas soluti vitrioli adde limaturæ martis 3j. remove ab igne, & ochra limaturæ fese implicabit post refrigerationem, id ter repete cum novâ limaturâ singulis vicibus ter ochram separando, crystallos verò martis restantes impone retortæ lutatae, dando ignem per gradus, usque dum vapores albi recipiens opulent, tunc cessa, & destillatum super caput mortuum cohoba in novâ retortâ, ac destillationem & cohobationem toties itera, donec elegantissimum ac penetrantissimum in obstructionibus variis maximè proficuum natus fueris spiritum. **VII.** Spiritus vitrioli dulcis, qui fit affundendo vitriolo benè calcinato vel + tum destillatum vel - um vini, per tempus digerendo & per retortam l. a. - um proliiendo, qui prodest in calculo, morbis tartareis, catarrhis &c. si ejus 3j. in vehiculo conveniente usurpetur. **VIII.** Spiritus vitrioli coagulatus, qui Pharmacopœis quibusdam in usuet, & paratur vel affundendo terræ sigillatae - um vitrioli, quæ mixta si stent in loco frigido,

do, coagulantur, inq; calido iterum solvuntur; vel commiscendo spiritum vitrioli cum variis tibis, v. g. Di, ipsius Eli &c. cum quibus facillimè post ritè peractam destillationem loco frigido coagulatur. **IX.** Ol. vitrioli dulce, quod fit solvendo vitriolum in Ol. tartari p. d. ac abstrahendo, materiamq; reliqtam iterum solvendo cum uerois communis, atq; redigendo in massam cum cremore Tartari, hincq; pellendo per retortam; crediturq; hoc Oleum esse diaphoreticum insigne, pollereq; vi leniter adstringendi. **X.** Ol. vitrioli rubicundum, ad quod conficiendum R. Vitrioli ad flaved. calcinat. part. j. Silicum grossè contusor. part. ii. Sp. vini q. s. ut mixta redigantur in pulvis formam, destillentur dein per retortam, donec rubicundum prodeat oleum, cuius usus potius in Metallurgiâ quam Medicinâ celebratur. **XI.** Sulphur vitrioli anodynum, quod fit, quando vitriolum tis s. a. ad rubedinem calcinatum miscetur, & digeritur aliquandiu cum anaticâ parte \*ci, & inde demum flores crocei per repetitas cohobationes sublimantur, qui flores si aquâ simplici solvantur, & solutio filtretur, relinquent pulverem rubeum genuino vitrioli sulphure prægnantem; vel si è vitriolo non calcinato destillatur ejus spiritus volatilis, uti moris est, qui posteà commiscetur cum \*co & destillatur denuò, ubi post operationem inventur in fundo Θ\*cum sulphure eodem vitrioli permixtum, quod sulphur si à Θe aufertur, & cum spiritu vini cohobatur, idem obtinetur Anodynum præstans in Arthritide & morbis ab irritatione spirituum per spicula salina vellicantia factâ provenientibus, dum illa salia absorbet, & humorum uuumq; mobilitatem nimiam coercet. Huc pertinent etiam **XII.** Nitrum martiale Aperitivum, Nitrum cacheoticum chalybeatum, & Tartarus chaly-

chalybeatus Zwelfferi. Nitrum aperitivum ita se habet: Rx. Vitrioli martis legitimè cum sp. vitriol. parati 3ij. Nitri puriss. rosat. cum recent. rosis parati 3vj. Mixta solvuntur in succi Endiviæ, Cichorii sylv. depurat. āā. s.q. & vel abstractione succ. repetitâ crystallisationi exponuntur, vel exhalatione totius humiditatis in θinam consistentiam subdulcem reducuntur. Prodest Nitrum hoc aperitivum Hepati à sanguinis transeuntis æstu nimium calenti, ejusq; obstrunctiones referat. *Vid. ibid. p. m. 405. & seq.* Nitrum cacheoticum chalybeatum paratur, recipiendo θ prunell. 3iij. Vitrioli mart. 3ij. Arcani duplicati 3ijs. isthæc terendo subtilissimè, & immissa Cucurbitæ vitreæ in arenâ, calore per gradus aucto, aliquandiu calcinando, ad rubedinem ultimo igne fortiori, ut liqueantur in massam, quæ frigefacta eximenda, & sub lapidis rubicundi facie asservanda, cuius vires ex ipsâ denominatione patent. Tartarus verò chalybeatus ita conficitur: Rx. Vitrioli ♂tis cum sp. vitrioli vel cum sulphure parati 3j. solve in succi endiviæ recenter expressi & depurati seu succi acetosellæ s. q., solutionem hanc incorpora cum cremoris seu acidi tartari 3iij. ac in vitro calore lenissimo exsicca & asserva; prodest in obstructionibus Hypochondriorum & suppressione mensium, aperit & alvum laxat. *Vid. ibid. p. m. 412.* Restant equidem adhuc alia quamplurima ex vitriolo parabilia medicamina, sed illa, quia maximè ex vitriolo veneris ortum habent, & idè non sunt nostri instituti, hic relinquimus, sufficere putantes, si de illo vitrioli usu quædam adjecerimus, quem in acidulis exhibet, dum harum basin plerumq; constituit.

## XXXV.

Fiunt autem Acidulæ Naturales (docente Excell. Dn. D. Ettmüller o p.m. in Chemiæ Rational. ac Experimental. Curios.

Lib. I.

*Lib. I. cap. II.*) quando aqua, quæ cryptas & meatus terræ transit, imprægnatur à uero quodam Thino, sive uti *Paracelsus* & *Helmontius* loqui amant, à uero acido esurino sulphuris embryonati, imprægnata namq; si attingit venas metallicas in primis ferreas, arrodit illas, & earum partes vitriolicas extrahit ac secum rapit, unde apparet acidæ seu parum amaricans ; si vero dicta vana imprægnata à spiritu sulphuris acido attingit venas eas, illas etiam arrodit, & earum vitriolum extrahit ac absorbet, sed hujus sapor maximè nauseosus existit. Nonnunquam etiam acidulæ profluunt, si aqua illa terram permeans attingit jam in substantiâ præsens & perfectum, id est, jam à fumo sulphuris acido ex obris minerâ prolicitum & concretum obris vitriolum, idemq; solvit & secum abripit. Patet inde ultrò acidularum usus, nam ratione spiritus acidæ sulphurei sunt naturæ penetrantis, incisivæ, & hinc maximè diureticæ ; ratione venæ obris corrosæ vim habent salia sylvestria in corpore humano oberrantia acidæ, austera, aut alio modo nociva corrigendi, inq; primis viis stabulantia absorbendi, in primis in hypochondriacis, scorbuticis, & similibus affectibus. Nam simulatq; potantur acidulæ, accurrunt ad terrestrem venam obris tiam in acidulis existentem Thia vitiosa corporis, quæ cum eâ se unientia absorbentur, & per alvum, nigricantia propter cunctatum obris tiale cum salibus sylvestribus, secernuntur. Porrò acidularum aciditas venas mesenterii penetrat, omnes meatus referat, abstergit, & corpus universum mundificat, hinc illæ in Morbis Chronicis conductunt, uti in Scorbuto, malo Hypochondriaco, Ictero nigro, in quibus affectibus ad acidulas tanquam ad sacram Anchoram confugiendum esse vult *Excell. Dn. D. Ettmüller. loc. paulò antè citato, in primis si in loco originis, debito*

*E* modo,

modo, & ab iis potentur, qui nec in phthisin proni sunt, nec de laxâ ventriculi debilitate conqueruntur.

## XXXVI.

Jam sicuti Vitriolum Martis inservit Acidulis Naturalibus, ita etiam suam quasi suggestam *Acidulis Artificialibus*, quæ licet diversimodè parentur, ferè tamen utrobiq; vitriolum martis nativum intrà suam compositionem recipiunt. Usitatores modi, ab ante citato *Cl. Ettmüller*o etiam approbati, sunt sequentes. Nempe enim vel extinguitur ignitus pro extrahendo ejus vitriolo acidum saporem fundente in Vino Rhenano & propinatur. Vel limatura  $\sigma$ tis miscetur cum  $\pm$  to, aut hydromelite, addito parum vitrioli, dein diluitur cum f.q.  $\nabla$ æ, & exhibetur in Morbis Chronicis. Elegantiores tamen meritò censentur illæ, quæ parantur cum phlegmate vitrioli acidulo, limaturæ martis affuso, aut ex vitrioli Martis crystallis in phlegmate proprio ac vino dissolutis. Adhæc sunt Medici, qui ex Clyffo  $\pm$  ii sulphureo à Schrödero *Pharmacop. Med. Chym. Lib. III. c. XVIII. de  $\pm$  io §. 20. pag. m. 431.* descripto, acidulas Artificiales parant hunc in modum: Accipiunt nempe phlegma vitrioli & commiscent cum Clyffo hoc sulphureo, ex anaticâ parte  $\pm$  ii ele $\delta$ ti,  $\Theta$ is nitri puri, & sulphuris puri parato, quæ mixtura acidularum naturalium vice usurpata habet vim alvum & urinam pellendi, & si in fervore totius massæ sanguineæ, uti in febb. malignis, cum sero lactis usurpetur, vel julapiis aut potui ordinario addatur, vim refrigerandi; vid. *Cl. Frid. Hofmann. in Cl. Schröd. §. 182. pag. m. 318. Rolfincius insuper Dissert. Chem. VI. cap. VII.* alias recenset acidulas martiales, parandas vel ex  $\nabla$  fontan.  $\mathfrak{H}j\mathfrak{s}$ . & TRæ  $\sigma$ .  $\text{zij}$ . per repetitam transvasationē exactè mixtis, vel ex  $\nabla$  fontan. Mens. j. & spir. vitrol. mart. q. s. ut acidulus acquiratur sapor.

## XXXVII. Ne-

Neq; silentio h̄ic prætereundæ sunt *Thermæ* seu ▽æ  
hoc ♂ vitriolo imprægnatæ ; sed cùm paucæ dentur,  
quæ non etiam ex aliis mineralibus sint compositæ , in  
genere de Thermis sciendum est ; illas gigni, si ▽ vel in su-  
perficie terræ fluviorum cæterorum more cursum ob-  
tinens, vel sub terrâ repens, accedat vel ad mineram alicu-  
jus metalli, vel ad jam perfectum metallum vel ad eo-  
rundem partes minerales, ut alumén, nitrum, sulphur  
& ipsum vitriolum, & vel ex attritu particulas mineræ  
& metalli, vel ex solutione mineralium dictorum portio-  
nes secum devehat. Jam verò nos speciatim juvabit esse  
occupatos circa illas, quæ potissimum de vitriolo ac  
ipso ♂tis metallo participant. Et tales quidem passim  
dantur in Terrarum orbe : sic fluvius ille Alba, ut & Lau-  
teria, nec non Blaw dictus fluvius in Sueviâ, singuli ad ex-  
ortum suum metæ sunt. ▽æ vitriolicæ. His accedunt  
amnes illi ferrei, qualis datur in palatinatu Heidelber-  
gensii proximè ad vicum Erlenbach in prato quoiam  
cursitans ; item Ombach ad Sulzmuthum in Valle S. Ge-  
orgii ; item Fons Novus ( Neubrunn ) dictus in Sylvâ Ni-  
grâ ( Schwarzwald ) item Balneum Neapolitanum Bal-  
neum de Ferris dictum ; item Balneum Bertringorum,  
Galdanellæ, Caldenarum, Balneum de Avione, de Grot-  
tâ, Cruciatorum, item Balneum de Villâ, Balneum Regi-  
næ, Balneum de Aquis &c. Thermæ hæ omnes efferve-  
scientiam suam à validâ & violentâ partium metallicarum  
vel mineralium per fūus ▽æ alluentis latentes factâ so-  
lutione concipiunt, & eandem, quam à minerâ, minerali,  
vel metallo suo habent, virtutem exercent : adstringunt  
scil. & aperiunt, exsiccant, obstructiones tollunt, ventri-  
culi tonum restaurant, detergunt, & omnia, quæ ipsa mi-  
nera,

nera, metalla & mineralia, quorum portiones secum vē-  
hūnt, faciunt, operantur pariter.

**XXXIX.**

Hinc si deficiunt in Regione aliquā Thermæ & aquæ  
hæ minerales & metallicæ naturales, possunt substitui  
*Artificiales*, in primis externè pro balneis usurpandæ;  
sic pro Thermis vitriolicis naturalibus possunt arte  
confici aliquæ ex aquâ simplici cum vitriolo martis vel  
nativo vel artificiali soluto commixtâ; loco illarum, quæ  
ipsas martis metalli partes continent, parare licet alias,  
limaturæ martis portiones subtilissimas aquæ simplici  
calidæ inspergendo aut bacilos martis candefactos in  
aquâ calidâ simplici extinguedo & similiter.

**XXXIX.**

Obvenit jam *Calcinatio Martis humida Vaporosa*,  
per quam iterum fieri potest *Crocus* aliis martis aperi-  
tivus, uti docet *Schröder Lib. III. p. m. 371.*, hunc in modum:  
Laminæ ♂tis supra aquam fortem in Cucurbitâ clau-  
sâ suspenduntur, cucurbitaque in arenam calidam col-  
locatur, & sic vi vaporum acidorum laminis paulatim ad-  
hæret *Crocus* pede leporino abstergendus. Posset hoc  
meo judicio etiam fieri in destillatione sulphuris per  
campanam, si scil. martis laminæ suspenderentur in cavi-  
tatem campanæ, ut fumus sulphuris acidus eas attingere  
& arrodere siccq; crocum prolicere posset.

**XL.**

Per *Calcinationem* tandem *Illinitivam* varia iterum  
*Crocorum* ♂tis parantur genera, quæ inter mihi primūm  
obvenit *Crocus* martis saccharinus albus *Rofincii*, quem  
in *Diff. suâ Chymic. VI* a cap. X. ita descriptum lego: R.  
Laminas Martis latas & amplas, obline cum spiritu sul-  
phuris vel vitrioli bis, ter, quaterve, & in calore leni sen-

sim efflorescet **Crocus albicans**, qui dulce nonnihil sapit, hunc siccum collige & dosi gr. ij. aut trium in liquore conveniente Epaticis & Spleneticis, quin & virginibus in primis cachexiâ laborantibus, propina. Huic accedit **Crocus Martis Aperitivus** cum salibus *Doctris Michaëlis*, qui fit aspergendo martis laminas cum sale aperitivo quocunq;, v. g. sale absynthii, arthemisiæ, fœniculi &c. in aquâ soluto, donec **Crocus** appareat abstergendus & siccandus: idem negocium facilius succedit, si limatura ♂ recipiatur fina, & dictis salibus solutis conspergatur, donec in **Crocum** vertatur. Recens quidem Author *Joh. Franciscus Vigani in Medull. Chymiae* experimentis egregiis auctâ pag. m. 54. ope illinitionis **Crocum** suum parat adstringentem; nempe enim laminam ferri ungit cum Ol. Caryophyllorum destillato, & laminam dictam ponit in cellâ vinariâ supra discum vitreum, usque dum crocus appareat, qui rite collectus conservatur ad usum & operatio hæc repetitur ad libitum. Huc pertinent illi quoque ♂tis **Croci**, qui illitione spiritus aluminis, Θis \*ci, nitri, & aquæfortis parantur, quos tamen non nisi extrinsecus in exsiccandis vulneribus & ulceribus humidis ac hæmorrhagiis sistendis adhiberi volunt *Schröderus & Hofmannus*.

**XLI.**

Jam verò cùm mentio sæpius in præcedentibus à nobis facta sit **Crocorum** ♂ adstringentium & aperitivorum, nunc inquirere è re erit, à quonam principio diversitas effectus dependeat? Sciendum igitur est **Crocorum Martis Adstringentium** vim ex eo profluere, quod martis sulphur præ sale ejus vitriolato exaltetur, hoc autem potissimum fit, si Θ istud quam maximam partem sive per validam calcinationem sive similem modum in au-

ras abigatur, sic enim sulphur hoc fixius & purius in Crocis talibus sub terræ subtilioris facie apparens, & reverà portiones sibi admixtas terreas complures habens, à Θe suo vitriolato, alias vi aperitivâ gaudente, liberatum, potest adstringens evadere, dum partim ex suâ propriâ naturâ partim ob terrestreitatem omnes humores nimis mobiles aut acidos absorbet, viscerum aut vasorum fibras constringit, simulq; malis plurimis exinde provenientibus medetur. Externè verò magno cum usu hi croci usurpantur in Dysenteriâ, si cum granis aliquot vitrioli martis Theriacæ Andromachi vetustæ commisceantur, & super alutam extensa umbilico imponantur. *Contrà Crocorum Martis Aperiens-tium* efficacia videtur consistere in exaltatione salis martis vitriolati, nempe si hoc debito modo sit prolicitum, ita ut tām sulphur quām terram antecellat, mecum consentientibus *Excellentissimis & fide dignissimis Viris Cl. Zwelf-fero in Animadvers. ad Pharmac. August. pag. 459. Dn. D. Wedelio Pharmac. in A.F.R. pag. m. 115. th. 6. & hujus Disputationis Nobil. Dn. D. Præside in Colleg. sui Chymici Privat. Sect. II. proc. 83.* Ceterūm croci dicti aperitivi potissimum aperiunt, dum obstrunctiones viscerum, viarum, vasorum & meatuum, blandâ suâ aciditate humores viscidos lertos & tenaces incidendo & attenuando, tollunt; nihilominus certo respectu quandoq; etiam adstringunt, dum e.g. bilis salinæ volatilis acris aut aliorum humorum consimilium motum ac effervescentiam cohibent. Interea quoniam Aperitivitum sulphurati tum vitriolati martis croci ructus nidorosos pariunt, & nauseam nonnunquam in ventriculo concitant, dudum hisce incommodis prævsum est à *Viris Clarissimis, Quercetano, Hartmanno, Roffinio, & aliis eorum sequitoribus, dum Crocos hosce non solos*

folos sed cum stomachicis & aromaticis propinant; hinc laudati Viri Pulverem suum Cachecticum parant ex Croci martis aperitivi ʒij. Fecul. ari ʒij. Cinamom. acutiss. ʒβ. fol. Ori n. iij. Sacchari Canar. q. s. cuius dosis ʒβ. Excellentiss. verò Wedelius pulverem suum cachecticum conficit ex croco martis Aperitivo vulgari, Radic. ari, & Ol. Cinamomi, quem moderni maximè sequuntur.

## XLII.

Operationi ante propositæ, Calcinationi scil. Illinitivæ, proximè accedit *Præparatio Martis IV. Salificatio seu Crystallisatio*, quæ rursus variis perfici solet modis: *N. de le Febure in seinem Chymischen Kleinod pag. m. 612.* Θ martis crystallinum subdulce ita parat, recipit Limaturam chalybis, aspergit ei † tum destillatum acerrimum, usq; dum sub formâ pollinis appareat, dein in arenâ calidâ exsiccat, exsiccatam in porphyrite terit, tritam iterum cum aceto humestat, & hoc repetit tamdiu, donec sal martis dulce sapore cognoscatur, tum pulverem indit Cucurbitæ & affundit phlegmatis † ti tantum, ut ad digitos aliquot superemineat, posteà committit arenæ, ut coquatur; evaporato nonnihil phlegmate aliud recens phlegma calidum pro meliori extractione affundit, hocq; si Θ e satis imprægnatum deprehenderit, frigefactum filtrat, filtratū per MB. abstrahit ad dimidiæ partis remanentiam, quam in Cucurbitâ frigori expositam in crystallos abire permittit, his exsiccatis affundit spiritum vini & Balneo Vaporis per 7. dies committit, quo facto spiritum vini abstrahit, ut in fundo vasis remaneat sal martis eleganssimum crystallinum, incidendo aperire obstructiones varias potentissimum, si à gr. iv. ad xx. in juscuso, decoctis, & aliis cum morbo convenientibus vasis & vehiculis usurpetur. Idem *Autor loc. cit. pag. m. 616.* conficit etiam

Cry-

Crystallos Martis rubros, dum immittit Cucurbitæ arenæ impositæ bacillum ferreum pondere 3vj. cui affundit aquæfortis ex vitriolo & nitro paratæ, cumq; nitri siccij. denuò commixtæ 1b. j., dein subjicit  $\triangle$ em lento, ut dissolutio succedat facilior, cum quâ obveniens effervescentia si paulatim remiserit, successivè affundit +ti accerrimi calidi 1b. s., & quod in fundo subsedit semper agitat, dissolutumq; per dies tres in MB. digerit, ut rubedinem induat, quâ visâ per chartam filtrat & tertiam partem menstrui in MB. abstrahit, reliquumq; loco frigido committit, donec crystalli proveniant rubri & pellucidi, lento calore exsicandi, qui à gr. vj. ad xx. vel xxx. pro scopo aperiendi in decoctis aut aliis vehiculis propinari possunt. Schröderus Lib. III. pag. m. 376. sal martis subdulce parat affundendo calci seu croco in martis per Aquam Regiam facto  $\triangledown$ am calidam, dein imprægnatam filtrando & coagulando, vel penitus inspissando, reponendo que in locum frigidum ad crystallisandum. Et hunc in modum ex pluribus martis crocis, scoriis, essentiis & tinturis, vel affusione aquæ calidæ, vel inspissatione, & coagulatione, vel abstractione phlegmatis nimii, sal martis potest elici & crystallisari. Hi verò crystalli, dum aciditate suâ gratâ sanguinis æstum, imprimis à bile nimis volatili acri ortum compescunt, in febris, item ob virtutem quam habent incidendi & aperiendi, in obstructionibus variis, cum liquoribus convenientibus dissoluti loco acidularum Naturalium usurpantur, vel cum aliis scopo Medici inservientibus medicamentis miscentur.

## XLIII.

Salificationi ordine succedit Quinta Martis præparatio, quæ dicitur Volatilisatio, & peragitur potissimum per

per *Destillationem*. Per hanc ergo producitur I. *Aqua Martis*, quæ secundūm Schröder. loc. paulò antè cit. p. m. 372. fit, Limaturam Martis exponendo aëri humido in cellâ aliquandiu, & destillando ex retortâ, ubi acquiritur aqua martis sal paucum redolens. Cujus Processus ratio consistit in eo, quod aër humidus osus limaturam aliquo modo rodendo solvat, quæ soluta deinceps ignis vi liquorem aquæ similem de sese prodit, ad partes obstructas maximè proficuum. II. *Spiritus Martis*, qui fit mineram martis destillando per retortam, & copiosus producitur, si minera abundet vitriolo martis nativo, nam in hoc tota existit hujus essentia, cujus ope etiam cum spiritu vitrioli martis fermè paria facit. III. *Oleum Martiale album*, seu uti rectè monet Frid. Hofmann. in Clav. pag. m. 227. Eis tialis, qui paratur tem solvendo in u salis communis, solutumque destillando per retortam; vel spiritum salis Limaturæ tis infusum & aliquot dies leni calori expositum colando, colatum coagulando, & demum per retortam terream destillando, ut spiritus prodeat caloris aurei subflavus; vel secundum Zwelffer. Mantiss. Spagyr. Part. I. cap. 3. pag. m. 340. commiscendo Limaturæ tis puri lib. iiiij. cum salis gemmæ lib. iij. mixta immittendo retortæ vitreatæ loricatæ, & in igne aperto per gradus destillando ad spiritus & olei expulsionem, quæ externè podagram leniunt, fistulas & cancrum sanant, internè verd Hydropi medentur. IV. *Oleum Martiale rubrum*, quod paratur, si solutio tis cum sale communi facta imprægnatur cum cremore tartari, vel cum tartaro crudo albissimo, & igne fortissimo ex Cucurbitâ vitreâ humili arenæ vel aquæ impositâ destillatur, ubi varii videntur colores instar caudæ pavonis, extillatq; primò liquor, igne dein adhuc fortiori

oleum grave cum crystallis, qui per deliq. solvendi & li-  
quori comiscendi: Hoc oleū leniter adstringit & roborat,  
unde in Dysenteriâ & aliis humorum, in primis sanguinis,  
fluxibus maximè præstat, si à gutt. iij. iiij. aut vj. in vehi-  
culo congruo adhibetur; Liquor verò acidulus obstru-  
etionibus viscerum & vasorum optimè medetur, & in fe-  
bribus non sine fructu propinari potest. V. Oleum Martis  
*ex Croco Martis* per reverberationem factō talem in mo-  
dum prolicitur: R. Crocum & tis per reverberat: factum,  
eidem affunde & us vitrioli Philosoph. q.s., digere & extra-  
he aliquoties recenti & u rubedinem, additā ∇æ fontanæ  
f. q., tintos liquores abstrahe ad mellaginem, hanc ex  
Cucurbita non nimis altâ & a, & acquires flores, qui aëri  
humido expositi in liquorem aureum solvuntur, hicq;  
liquor vocatur martis oleum, & vel per se à gutt. j.  
vel ij. ad iij. vel cum arcano tartari mixtus ad gutt. v. x.  
xx. &c. cum appropriato vehiculo in tono viscerum læ-  
fo, vomitu, dysenteriâ, & aliis alvi, seminis, & urinæ fluxi-  
bus, item in Hæmorrhagiis variis tanquam summum  
obstructivum cum successu adhibetur. Et hunc in mo-  
dum iterum ex aliis martis floribus ritè paratis confici  
poterit oleum, si vel per se aëri humido committantur ut  
fluant, vel cum menstruo conveniente solvantur. Di-  
ctorum autem Oleorum ratio consistit in aliquali martis  
solutione, quæ fit additione salis alicujus corrodentis,  
quod tum salinas tum sulphureas martis portiones me-  
tallicas secum in sublime rapit, & aquæ paucæ in exci-  
pulo contentæ immergendo commiscet.

## XLIV.

Volatilisationi & Destillationi substituimus Vitam  
*Martis Præparationem*, quæ est *Extractione*. Per hanc fiunt  
potissimum tis TRæ & Essentiæ, & quidem I. TRa  
& tis

Ztis adstringens, quæ secundum Cl. Zwelffer. Append. in  
*Animadvers. in Pharmacop. August. p. m. 60. & 61. & N. de Le*  
*Febure loc. cit. p. m. 613. paratur, limaturæ Ztis inspergen-*  
*do & um ♀ is, hunc iterum abstrahendo, abstractum, si*  
*saporis sit acidiusculi, reaffundendo, si non, novum ad-*  
*dendo, & hoc ter vel tamdiu repetendo, donec ♂ in ru-*  
*brum transierit Crocum, cui in porphyrite lævigato &*  
*CCtæ indito & ♀ affunditur ad eminentiam 4. digito-*  
*rum, arenæ committitur pro extrahendâ Tineturâ ru-*  
*brâ, quâ effusâ residuo novum affunditur menstruum*  
*toties, quo usq; colorem rubicundum induit, tandem*  
*menstrua colorata commixta & filtrata committuntur*  
*MBeo, & & ♀ is abstrahitur ad consistentiam syrapi, re-*  
*siduo spiritus vini affunditur ad eminentiam 3. digito-*  
*rum, ut calore arenæ extrahatur TRa, quâ filtratâ ejus-*  
*dem pars tertia abstrahitur, & sic remanet TRa densior*  
*rubicunda Ztis adstringens, quæ ad gutt. iv. ad xv. & xx.*  
*in decocto Plantaginis aut aliis adstringentibus exhibita*  
*in fluxibus alvi, seminis, & urinæ, dysenteriâ, diarrhæâ,*  
*fluore mulierum rubro & albo, hæmorrhagiis narium,*  
*uteri, hæmorrhoidum, & similibus prodest. II. Tindura*  
*Martis Aperitiva, quam parat ante citatus Febure l. alleg.*  
*p. m. 614. vitriolum martis cum & uvitrioli & ▽ pluviali*  
*fætum & pulverisatum commiscendo cum anaticâ parte*  
*& tartari Sennerti, in mortario ferreo contusi, (ubi statim*  
*sal hoc sulphur mortarii sub rubedine florum Croci ex-*  
*traxisse observatur,) commixta agitando, & si in formâ*  
*pollinis conficiantur, in aërem humidum, ut fluant, re-*  
*ponendo; liquorem demum per deliquium inde pro-*  
*fluentem colligendo, veluti aperitivum & in obstructioni-*  
*bus & morbis à tartaro oriundis, quem solvit, maximè*  
*proficuum, si à gutt. vj. ad xv. in iusculis aut decoctioni-*

bus aperitivis sumatur. Enimverò quoniam hic liquor crudus adhuc existit, alio ulterius progredi licet modo: nempe materia illa aëri exposita & fluens abstrahitur ad consumtionem humoris ab aëre profecti, cuius pondus restituitur per  $\omega$ .  $\omega$  is tantundem, dein digeritur, & iterum dictus spiritus abstrahitur ad consistentiam syrupi, cui affunditur spiritus vini tartarisatus ad eminentiam 4. digitorum, iterum digeritur & menstruum coloratum frigefactum filtratur, à quo dimidia pars leni calore vel evaporatur vel abstrahitur, restante TRâ  $\omega$  tis aperitivâ, in obstructionibus à tartaro ortis, & mucilaginibus viscerum & ventriculi, quas blandè solvit, maximè utili, si à guttis v. ad xx. aut xxx. in liquoribus convenientibus exhibeatur. Cum hâc TRâ fermè coincidit III. *Tindura Martis Aperiens tartarisata Rofincii*, quæ paratur limaturæ martis & tartari crudi ana coquendo cum s. q.  $\nabla$  æ fontan. puriss. in lebete ferreo, per 6. vel 7. horas bacillo ligneo nonnihil agitando, liquorem tintum sensim decantando, subsidenti verò tartaro reaffundendo  $\nabla$  am, coctionemq; & affusionem tamdiu continuando, donec aqua affusa non amplius coloretur. Liquor verò coloratus omnis ad medietatem usq; exhalare permittitur, cuius insignis vis est aperiendi. Item IV. ejusdem Rofincii TRa ex Vitriolo Martis ope terræ foliatæ tartari facta, quæ ita se habet: Vitrioli martis non calcinati pulverisati & terræ foliatæ tartari partes æquales reponantur in cellam frigidam & humidam per dies 3, ubi aliquo modo mistura fluida redditur, cui affundatur spiritus vini, quo affuso statim exsurgit TRa elegantissima, quæ à gtt. xx. & xxx. in juscule vel vino sumpta in obstructionibus viscerum magnarum est virium. Item V. illa Zwelfferi, sub titulo *Tindura Martis veræ, Mantiss. Spagyr. Part. I.*

cap. III. pag. 337. descripta, quæ paratur, si accipientur Authoris & essentialis vini, è solo vino l. a. nullà prorsus re peregrinâ adjectâ parati, (quod sal plerisq; interpretibus est ipsa terra foliata tartari) 3vj, liquentur in vitro super cineres calidos, vel in patellâ ferreâ igne blando substrato, dein immergantur Eli ortis legitimè parati 3ij. vel 3ijij. Facta mixtura statim ab igne removeatur, & frigefacta contundatur protinus, relinquaturq; nonnihil expansa in patellâ vitreâ aliquot dierum spatio aprico exposita, ut efflorescat & rubicundissima fiat, è quâ Mixtrâ postmodum alembico vitro immissâ cum spiritu vi ni Cinamomisato vel solâ Cinamomi aquâ spirituosâ intra calorem blandissimum tintura extrahatur rubicundissima sanguinis instar, quæ per filtrum à sedimentis suis secernenda, efficax est in obstructionibus Hypochondriacis, Mesenterii, Pancreatis, Mensium, conformathepar cum reliquis visceribus naturalibus, morboque Virgineo & Gachexiæ medetur. Dosis à 3j. ad 3ij. & 3ijij. extendi potest, & in jusculis, vino aut vehiculis naturæ & morbo gratis propinari. His succedit VI. *Essentia Martis Aperitiva Zwelfferi*, quam conficit, Limaturæ ortis nullâ re peregrinâ permixtae 3ijij. circiter aut 3vj., vitro ampio immisis, affundendo guttatim spiritus nitri optimi 3ij. spiritus vitrioli rectificati 3ij., spatulâ ferreâ materiam sæpius in fundo commovendo, ne nimium indurescat & vitrum rumpatur, spiritibus dein omnibus instillatis, diluendo massam, antequam nimis compacta fiat, cum phlegmatis vitrioli sulphurei 3x. vel spiritus Eis \*ci acidi tantundem; sic efficietur *Essentia Rubicunda* internè in obstructionibus fermè omnibus à quâcunque causâ ortis maximè idonea, externè tumoribus nec non coagulis durissimis emolliendis & resolvendis

efficacissima. Cum hâc convenit **VII. Tindura** illa *Manna Martis* dicta, quæ fit limaturæ ♂tis affundendo spiritum martis alcalisatum, coloratum filtrando, & ad mellaginem abstrahendo. Huc **VIII.** pertinent illæ etiam *Martis Tinduræ & Essentiæ*, quæ fiunt ferrum limatum vel laminas martis candefactas extinguendo cum aceto destillato Vini acerrimo aliquoties, + tum dein essentiâ martis imprægnatum filtratum infundendo CCtæ, abstrahendo ad latitudinem trium digitorum, remanentia verò affundendo spiritum vini s. q. pro extrahendâ Essentiâ ♂tis, iterum spiritum vini tintum filtrando, filtratumq; in Balneo abstrahendo, usque ad syrupi liquidioris consistentiam. *Joh. Fr. Vigani in Medullâ Chym. p.m.*  
**54.** limaturam martis in crucibulo detinet magno Δe, donec candescat, urinâ recenti extinguit, & per 24. horas per retortam destillat, ubi rubra & spissa prodit TRa, cum qua Luna tingitur colore aureo. Huic classi annumerari possunt *Infusa & vina chalybeata*, quæ parantur, dum laminæ martis candefactæ aliquoties extinguntur in vino Malvatico, vel uti *Schröderus Lib. III. pag. m. 375.* tradit, limatura ♂tis cum +ti destillati æquali parte, e. g. ana t̄b j., coquitur in sartagine ferreâ leni igne, semper agitando, donec + tum absumptum sit, hocque aliquoties repetitur, & sicca limatura dein infunditur in Vini Malvatici t̄b iij. t̄b v. aut t̄b vj. digeritur per 14. dies atque interea subinde agitatur, liquor postea effunditur & ad usum servatur, quem obtinet proficuum in obstructionibus splenis tollendis & menstruis provocandis ab 3. ad 3ij. adhibitus. Hodie etiam simplicissimo modo vina chalybeata redduntur, factâ solâ limatur. in Vino Rhenano aut alio infusione. **X.** Sequuntur **Aq. Chalybeatæ**, quæ fiunt vel martem ignitum in aquâ destil-

destillati aperiente, uti Aquâ Endiviæ, Cichorii, Fumanae &c. vel in aquâ hordei vel cerevisiâ aliquoties extinguendo, & tales aperiunt, detergunt, humores crassos tam in splene quam in venis mesaraicis adustos incidunt, & si in majori dosi sumantur, per alvum leniter evacuant, nonnunquam etiam vomitum cident.

## XLV.

Sed uti ex Marte crudo parantur Tincturæ & Essentiæ, ita etiam tales ex Croco, Crystallis, scoriis cœruleis, floribus tum martis crudi tum croci martis cum \* co<sup>nat</sup>atis, calce denique & Croco Martis calcinato confici possunt. Et quidem ex Croco, vel per Aquamfortem vel per Reverberationem vel per Gæmentationem cum sulphure facto, affundendo ei vel <sup>um</sup> vini vulgarem vel <sup>um</sup> vitrioli philosoph. vel acetum destillatum, per aliquot dies digerendo, donec affusus liquor rubescat, coloratum filtrando vel decantando & ad oleositatem abstrahendo; Ex Crystallis, illos ex limaturâ martis ope spiritus vitrioli factos in Crocum calcinando, tincturamq; affusione aceti extrahendo & acetum nonnihil abstrahendo; Ex Scoriis cœruleis, illis pulverisatis aut per 24. horas calcinatis affundendo acetum acerrimum, vel spiritum vini, & ita extrahendo mediante digestione tincturam rubram, extractam filtrando & abstrahendo, restantemque massam aliquoties aquâ pluviali edulcorando, & in formam pulveris ( in cellâ tamen humidâ facile liquabilis ) siccando, qui pulvis pariter, uti tinctura, vim habere sifendi omnes fluxus creditur; Ex floribus salis \* ci <sup>o</sup> tialibus, illos cum spiritu vini solvendo & digestioni aliquandiu committendo, quod pertinet tinctura illa Zwelffero sedativum Archæi ex sulphure <sup>ato</sup> <sup>o</sup> tiali dicta, quam in Mantiss. Spagyr. Part. I. cap. III. pag. m. 339. descri-  
ptam.

ptam invenies; Ex Floribus Croci Martis per reverber.  
 facti cum Θe \*co ♀atis & edulcoratis, affundendo iis  
 spiritum vini, qui post sufficientem extractionem aliquatenus abstrahendus; Ex calce ♂tis, id est illo residuo,  
 à quo \*cum sexies vel pluries ♀atum sit, illud extrahendo cum Spiritu vini, postmodum etiam decantando  
 & aliquatenus abstrahendo; Ex Croco denique calcinato, irrorando illum cum spiritu vitrioli, digestioniq;  
 arenæ committendo, donec ♀us exsiccatus sit, pulverem  
 dein aquâ fontanâ in arenâ calidâ per dies 3. macerando,  
 filtrando, filtraturam inspissando & cum ♀u vini TRam  
 extrahendo. Dantur verò adhuc aliæ martis TRæ & Es-  
 sentiæ, quas pariter recensere è re erit: Ita Cl. Timæus Es-  
 sentiam suam Hypochondriacam parat, recipiendo Li-  
 mat. martis subtiliss. cum spiritu vitrioli s. q. irrorat. 3ij.  
 & postquam in vase vitro per triduum steterit, af-  
 fundendo Vini albi generosi 3ij. dein in digestionem  
 reponendo per 7. dies, agitando quotidie aliquoties, de-  
 mum Colaturæ infundendo Trochisc. de Capparibus  
 5vj. Rhabarb. 3j. Spec. Diarrhod. Abbat. 3ij. Diatrion.  
 Santal. 3j. Aromatic. rosat. 3ij. Cremor. tartari 3ij. Fœcul.  
 Bryon. Aron. āā. 3ij. Θis fraxini, Cichor. Absynth. āā. 3j.  
 Croci orient. 3j. mixta tandem iterum digerendo in  
 MB. per triduum, hinc colando, colaturam abstrahendo  
 ad medietatem, & ad usum asservando, cuius dosis est  
 à 3j. ad 3j. in juscule Carnium vel alio liquore conve-  
 niente. Zwelfferus Essentiam Martis Corallinam conficit,  
 dum Magisterii solubilis Corallor. rubr. ver. 3j. solvit in  
 ∇æ Cinamom. opt. 3ij. solutioni addit Essentiæ ♂tis 3ij.  
 & miscet pro Essentiæ Hepaticâ, deobstruente, quæ vi-  
 ces TRæ ♂tis & Coralliorum re & nomine suppleat.  
 Vid. Append. ad Animaadvers. pag. m. 58. & 59. Adeſt etiam  
 Essen-

Essentia ♂tis dulcis liquida & in formâ consistenti D. Dra-  
 witii à Cl. Mollenbroccio in Tr. de Varis cap. 13. p. m. 119. ita de-  
 scripta: R. Limatur. ♂tis ḷ clara purificat. q.s., super-  
 funde succum pomorum borsdorffianorum, pone in  
 locum calidum per aliquot dies, s̄epius rutabulo agita,  
 post per linteum exprime, ac in loco calido digere ad  
 consistentiam, tunc est essentia martis dulcis in formâ  
 consistenti, vel potest Extraētum Martis dulce nominari:  
 Huic si superfundas spiritum vini, vel in affectu Scorbuto-  
 tico spiritum cochleariae, ac iterum digeras & filtres, ha-  
 bebis Essentiam Martis dulcem liquidam. Dosis est à gtt.  
 xx. ad xxx. potestq; exhiberi in convenienti vehiculo, ce-  
 revisiā vino vel ḷ aliquā antiscorbutica. Et hunc in mo-  
 dum parari quoq; potest TRa martis Cydoniata, lima-  
 turæ martis purificatæ ȝj. affundendo succi cydonior.  
 express. ȝvj. vel ȝvij, mixta digerendo per aliquot dies,  
 donec dimidia vel tertia liquoris pars sit evaporata, & re-  
 siduus succus sapore suo sufficientem extractionem fa-  
 ctam esse testetur, tunc filtrationem instituendo, & addito  
 spiritu vini simplici vel anisato, vel pro malo scorbutico  
 spir. cochleariae, digestionem iterum moliendo. Item  
 alia cum succo acetosæ vel acetosellæ, qualis ex Mynsich-  
 to describitur à Rofincio Diss. s̄epius cit. cap. XIX. & ita para-  
 tur: R. Succi Oxalid. express. depurat. ȝvij. Pulp. Tama-  
 rindor. à filamentis & nucleis separat. ȝvij, agitata in va-  
 se terreo pistillo ligneo digeruntur vel coquuntur, & per  
 pannum trajiciuntur, liquoris per colati & chalybis lima-  
 ti recipitur sufficiens quantitas in leni digestione TRa ex-  
 trahitur, & exhalatione ad quartam partē institutâ ḷ eisq;  
 quibusdam partibus exhaustis, saturatior facta servatur  
 ad usum. Adhæc Excell. Dn. D. Michaël. TRam quandam  
 ♂tis cum ḷ io seq. modo concinnare docuit. R. Vitrioli

♂tis & ♀ ii q. p. calcinentur abstracto in retorta simili spiritu ad rubedinem, post superfundatur spiritus vini vel hujus loco  $\omega$ us Cochleariae, digeratur & filtretur, tunc parata est TRa ♂tis & ♀ ii. Cl. Ludovici aliam proponit Martis TRam seu Essentiam, quæ producitur ex vitrioli martis cum  $\omega$ u vitrioli facti, & tartari depurati seu acidi tartar. 3ij. in  $\nabla$  æ simpl.  $\text{lb}$  iiij. coctis, ac sensim inter agitandum ad mellis consistentiam exhalatis, remanentia spissa spiritus vini communis  $\text{lb}$  iiij. digeritur, solvitur & filtratur, hicq; liquor filtratus & saturatus, factâ saltem exigua abstractione aut evaporatione usui reservatur. Zwelfferus insuper aliam habet Tincturam ex Croco suo cacheoticō, supra in Thes. XXIX. tradito, parabilem, si illi affundatur  $\omega$ us ♀ is ad supereminentiam trium vel 4. digitorum transversorum, hinc in calore leni digestio instituatur, quo usq; spiritus affusus imbuatur rubicundo colore, qui decantandus ac aliis spiritus superaffundendus, idq; toties repetendum, donec spiritus non amplius rubidine tingatur. Postea tincti spiritus omnes in MB. ad oleitatem abstrahantur, residuus verò liquor crassus cum spiritu vini summè rectificato extrahatur & rursus ad liquoris crassiusculi consistentiam destillatione redigatur, ipso pulvere cacheoticō præstantior juxta Zwelfferum habendus. Plures qui desiderat Tincturas evolvat Frid. Hofmanni Clav. Schröder. Lib. III. cap. XI. p. m. 229. & seqq.

### XLVI.

Circà Tincturas verò martiales haec tenus recensitas in genere notandum, earum rationem formalem potissimum consistere in legitimâ sulphuris cum  $\ominus$ e vitriolico combinati extractione, quæ, ut visum, fit Limaturam, Crocos, Crystallos, Scorias, Regulum, item flores Martis &c. vel in aëre humido per deliquium, vel cum spiri-

tu

tu seu menstruo aliquo acido, digerendo, coquendo, solvendo, solutis liquorem superfusum ad medietatem vel evaporando vel abstrahendo, abstracti liquoris vicem cum spiritu vini supplendo, iterum digerendo ad syrapi liquidioris consistentiam, qui sub Tinctura vel rubrâ vel flavescente, nonnunquam etiam nigricante apparens, in vehiculis morbo idoneis guttatum ut plurimum præscribendus & adhibendus est.

## XLVII.

Differunt interea ejusmodi *Tincturæ Martiales* ratione Virtutum, dum aliæ Adstringentes, aliæ Aperientes existunt. Et adstringentes quidem quod attinet, earum vis tametsi à sulphure & terrâ martis fixiori aliquatenus proveniat, multum tamen debetur menstruo addito, ceu rectè *Zwelfferus* aliiq; moderni innuunt, quatenus illud existit acidum fixius & corrosivum, hujus enim ope martis particulæ fixæ & stypticæ extrahuntur & se invicem amplectuntur, atq; in corpore etiam validior fit adstringio, in primis si vel alia adstringentia TRis talibus admisceantur, vel pro usu addantur. Aperientes contrà Tincturæ licet in Ævitriolaceo & tis fundamentum habere videantur, efficaciam tamen magis activam pariter fuscipiunt à menstruo vel per se volatili, vel in præparatione demum volatilisato. Utræq; autem ab humorum occurrentium diversitate se quadantenus determinari patiuntur.

## XLIX.

Visâ satis prolixè Præparatione martis sextâ ad *Septimam* progredimur, quæ esto *Sublimatio*, & per hanc fiunt martis flores varii. Sic si Limaturæ martis & \*ci ana p. æqual. miscueris, & mixta diligenter ex CCtâ in arenâ sublimaveris, relictis in fundo fæcibus, ascendet \*cum purum aliquotâ martis portiunculâ imprægnatum, no-

mine florū \*ci martialium veniens; si verò puriores  
 adhuc velimus acquirere flores, recipitur hujus \*ci  
~~Ω~~ti & ~~Θ~~is communis fusi ana, mixta sublimantur denuò  
 quinquies aut septies, (novum semper ~~Θ~~em addendo,) in  
 flores martiales egregios, qui à gr. iij. ad iiij. & ~~β~~. in  
 cruditate ventriculi & febribus cum vino absynthiaco  
 vel decocto sassafras pro sudore ciendo per aliquot dies  
 continuos propinati maximè prosunt; vel uti Joh. Franc.  
*Vigani loc. cit. p. m. 55.* tradit, per se in formā sternutatorii  
 adhibiti in Hæmorrhagiâ narium medicamentum exi-  
 stunt tutissimum. Juxta Zwelfferum *Mantiss. Spagyr. Part. I.*  
*p. m. 339.* possunt etiam simul flores hi \*ci martiales pro-  
 duci, dum paratur spir. \*ci acidus chalybeatus, nempe  
 recipiendo \*ci triti & rasuræ martis puræ ana ~~th~~ij, mix-  
 ta immittendo cucurbitæ vel vitreæ, vel terreæ vitreatæ  
 luto obductæ, ac apposito capitello, præmissoq; recipi-  
 ente,  $\Delta$ e aperto primò leni, gradatim tamen augusto, do-  
 nec spir. \*ci ~~Θ~~sus & urinosus prodeat; post augendo  
 $\Delta$ em ad fundi cucurbitæ excandescientiam & capitelli  
 nigredinem, ubi ~~Ω~~antur flores, cineritii partim ad capi-  
 tellum usque, partim verò & quidem majori copiâ ad la-  
 tera cucurbitæ hærentes; quos si flavos exoptemus, ii-  
 dem cum massâ in fundo cucurbitæ in priori spir. destil-  
 latione relictâ commisceantur, facta mixtione massa ex-  
 ponatur aëri humido libero, ut eo imprægnetur; impræ-  
 gnatae parti uni addatur ~~Θ~~is \*ci recentis pars dimidia  
 & probè mista cucurbitæ lutatæ indantur, mox capitello  
 ac recipiente apposito juncturisq; undique clausis destil-  
 latio instituatur, ubi confessim prodibit spir., quem se-  
 quentur flores flavedinis ~~Θ~~reæ, tam capitello quam la-  
 teribus CCtæ adhærentes, eximendi & à ~~β~~. ad gr. xv.  
 cum vehiculo congruo in obstructis hypochondriis &  
 febri-

febribus putridis usurpandi. Sic etiam ex Crystallis martis parari possunt flores, si illi cum Aquaforti & osâ facti sublimentur cum \*co, ubi assurgunt flores rubicundi, qui ob relietam menstrui affusi Aquæfortis vim corrosivam, ad quam quoque aliquid contribuit \*cum, non-nihil sunt edulcorandi & in Lienis Mesenteriis; obstructionibus adhibendi. *Moses Charas Pharm. Regiae Chymic. cap. LIV.* flores martis parat, Croci martis cum sulphure reverberati & in \*ci pulverisati partes æquales, in CCtâ vitreâ Balneo ::æ commissâ superimposito capitello diligenter luto obducto & ē per gradus adhibito sublimando, ubi pars Croci & salis \*ci sursum evoluta sub specie florum flavorum apparet, qui triti & cum subsidentiâ remixti iterum sublimandi, quod quinques aut sexies aut toties repetendum, quousq; Crocus martis ferè totus cum \*co in flores sursum elatus sit.

## XLIX.

Florum autem omnium ratio consistit in sulphuris subtilioris & volatilioris  $\sigma$ tis salisq; glacei tantillo cum salinis volatilibus admixtis particulis, sub specie fumi, sensim sensimq; calore remittente in floccos ab aëris frigidioris ambitu condensari soliti, ritâ in altum propulsione & elevatione, quam quidem \*cum facilitat, dum sulphur à partibus terrestribus & salinis crudioribus liberat, sicq; illi alas quasi tribuit. Hinc omnes fermè  $\sigma$ tis flores, tanquam partes corporis metallici subtiliores volatiles & sulphureæ balsamicæ, atque cum  $\Theta$ inis volatilibus additis exaltatæ, omnia penetrant & penetrando aperiunt, disjiciunt & dissolvunt, si vel per se vel cum pulvere aliquo aut syrupo, aut conservâ aut elektuario aut  $\triangleright$ a convenienti commixtæ, vel in liquorem per deliquium, vel in Tincturam cum menstruo aliquo sulphureo,

reo, quale spiritus vini existit, redactæ ægro propineruntur, unde cum fructu adhibentur in omnibus fermè va-  
forum, viarum, meatuum, viscerum & intestinorum obstruktionibus, ut & in Tussi, Asthmate & ulceribus pu-  
tridis, magna cum ægrorum salute.

## L.

Superest denique *Odaiva & tis Preparatio*, quæ *Li-  
quatio* dicitur. Fit autem illa per se difficillimè, & non  
nisi summa  $\Delta$  is fusorii vi; facillimè verò cum aliis addi-  
tis. Sic & tis cum magdaleonibus sulphuris in Cro-  
cum aperientem præparatio nil aliud est quām vera & tis  
liquatio; sic & liquatur, si summitates clavorum ferreo-  
rum, quibus soleæ equorum firmantur, injiciantur cru-  
cibulo, & in Officina fabrorum fornaci folle instructæ  
committantur, prunis circumjectis quamplurimis, ut  
penitus candescant, post  $\frac{1}{2}$  ii Ungarici striati pars anati-  
ca addatur, ignisq; adaugeatur, ac ubi singula fluxerint,  
ferreo bacillo subinde intruso agitentur, Dique pulveri-  
fati  $\frac{1}{2}$  j. aut altera tum pro detonatione & sulphuris  $\frac{1}{2}$  ii  
abundantis ablatione, tum pro scoriarum ferri facilior-  
re segregatione, per vices cochleatim immittatur; fusa  
tandem in igne fortissimo per dimidiam horam, infun-  
dantur calici fusorio semper forcipe aut instrumento alio  
pulsando, ut Regulus subsideat, remotis scoriis in fun-  
do confaciendus, qui quoniam primâ vice raro vel  
nunquam obtinetur purus, iterum pulverisandus, & ad-  
dito nitro novo in crucibulo detonandus, ob strias,  
quas habet, nitidissimas, Regulus  $\frac{1}{2}$  ii & tialis stellatus  
dicendus: martialis verò cognomen habet hic Regulus  
quia  $\frac{1}{2}$  ii pars  $\frac{1}{2}$  ialis & metallica, quæ post deposi-  
tum sulphur superfluum & impurum in scorias redactum,  
in Regulum transiit, & tis, sulphur  $\frac{1}{2}$  ii resi-  
duum

duum avidè imbibentis, particulas homogeneas puriores inter fundendū arripit, sibiq; unit. Usum autem di<sup>cti</sup> Reguli quod attinet, ex eo solo vel cum alio metallo fundi possunt pocula, quibus per noctem vinum infusum & propinatum vomitum movet & secessum : Prætereà si cum ii ȝti ana permixtus per Retortam destillatur, dat butyrum glaciale egregium, sed sine Cinnabaris proventu, quia particulæ sulphureæ ium in cinnabarim ligaturæ h̄c deficiunt. Item si huic Regulo pulverisato & jam in igne fluere incipienti addatur pars anatica ȝis Anglici, simulq; fusa calici fusorio ad pavimentum modeste illidendo infundantur & refrigerari permittantur, obtinetur Regulus ȝ ii ȝtis ȝialis seu Ele<sup>r</sup>trum minus Joviale, quod cum triplo nitri pulverisati permixtum & levi detonatione calcinatum, post aquâ dulci affusa edulcoratum, tandemq; exsiccatum abit in Antihe<sup>r</sup>ticum Poterii notissimum medicamentum. Ceterūm Tractationi huic de Medicamentis martialibus equidem anne<sup>cti</sup> deberent Historia & Medicamina Lapidis Hæmatitis, Magnetis, Boli Armenæ & similiū, utpote quæ non solum in ferrifodinis reperiuntur & effodiuntur, sed & de natura ferri participant, sed quia labor talis nimis prolixus foret, & metam præfixam paginæ hæ aliquoquin excessuræ essent, h̄c telam abrumpo, & infinito Numini pro Divina benignitate & clementia mihi exhibitâ humillimis persolutis gratiis, præsenti Dissertationi felicem impono

*F I N E M.*

I. Dum

◎ I. ◎

**D**um Mars Pannonicus s̄avit, medicamina Martis  
BEVTELIVS monstrat, doctum opus  
ingenii.  
Neq; silent inter Charites Medicæ arma, lo-  
quendi  
Nam Mars suppeditat materiam Medicam.

*Benevoli affectus testandi  
causa fac.*

MAVRICIVS HOFFMANN, Med. D.  
& Prof. Primar.

◎ II. ◎

**B**EVTELIVS scribit, signato nomine *Martis*  
*Mense*, eruditè *Martialia pharmaca*.  
*Sede negant vulgò Phæbum Martemq; morari*  
*In unâ, at ambos cernimus in his paginis.*

*Nob. & Doctissimo  
Dn. AVTORI ac RESPONDENTI,  
Amico suo per dilecto  
benivolâ mente  
anxediasi  
f.*

P R A E S E S.